



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Via Vitæ Operis Hvivs Hypothesis**

**Florentius <Batavus>**

**Antverpiae, 1551**

Tractatvs Tertivs, de probitate conuersationis ac morum externa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30077**

TRACTATUS TERTIVS,<sup>RE</sup>  
de probitate conuersationis  
ac morum externa.

Quod corpus domari ac macerari debeat per tempe-  
rantiam cibi ac potus. Cap. 1.



Vando iã docuimus, quomodo  
quisque per detestationem præ-  
teritorum suorum delictorum,  
perq; pœnitudinem malè actæ  
vitæ, veterem debeat hominem  
exuere: hic consequenter tradere cum diui-  
næ gratiæ adiutorio decreuimus, quomo-  
do homo præparare se debeat ut verè in-  
duere possit hominem nouum: sequuti in  
hoc aratorum consuetudinem, qui nō prius  
semen in aruum iacere consueuerunt, quam  
ipsum diligenter expurgarint omnibus zi-  
zanijs. Quia vero homo ex substantijs con-  
stat duabus, nempe corpore & spiritu si-  
ue anima: & quia in humanæ naturæ condi-  
tione priori loco corpus à Deo creatum  
est, deinde spiritus: atque ita in continua  
mortalium productione prius semper cor-  
pus in maternis visceribus formatur, dein-  
de animæ succedit infusio: ideo & nos ad  
huius rei exemplum, priori loco ea tractabi-  
mus,

Gen. 2 b.

## DE PROBITATE

1. Cor. 9. 15. mus quæ ad corpus pertinent, mox quæ  
 animæ sunt necessaria, sequentes in hoc ip-  
 so beati Pauli doctrinâ ita scribētis. Sed nō  
 prius quod spirituale est, sed quod anima-  
 le, deinde quod spirituale. In omnibus au-  
 tem opificijs quæ instrumentis exercentur,  
 instrumenta ipsa aptari necesse est, prius  
 quā opus aliquod fieri queat. Miles ad bel-  
 lum proditurus, prius quam cū hoste con-  
 grediatur, quæ necessaria sunt arma sibi co-  
 aptat: maxime autem caballum suum curre-  
 re docet & recurrere, salire resiliire, vertere  
 & reuertere, cæteraq; alia, quæ pugnatio-  
 nouit expedire. Ad hunc modū & corpus  
 hoc nostrū cicurari cōpelli & assue fieri pro-  
 bitati debet, priusquā iniri possit certamen  
 spirituale. Vt ergo de corporali hic aga-  
 mus exercitio, sciendū corpus ipsū edoma-  
 ri debere duobus: quorū prius est, tempera-  
 tus vsus cibi, potus, somni, calfactionis, &  
 cæterarum rerum ad vitam sustentandam  
 necessariorum, alterum est, gestuum ac mo-  
 rum externorum honestas, cui assuescere de-  
 bent omnes corporis tum sensus tum mem-  
 bra. Principio ergo quisquis vitam cupit  
 agere religiosam ac probam necesse est in  
 primis carnem suam domet ac maceret tē-  
 perantia cibi ac potus, quod tamen pleriq;  
 hodie

hodie paruifaciunt, atque hinc fit, vt tam  
 raros hodie videas germane religiosos, ni-  
 mirum quod corpora sua abſtinentijs confi-  
 cere refugiant, quam olim tot reperti ſunt,  
 quando vt erat humana natura robuſtior,  
 ita & animus erat ad omnem vite aſterita-  
 tem paratior. De hac autem abſtinentia ita  
 ſcribit inſignis ille doctor Climacus. Si tu  
 inquit poteris dominari gulæ, quæ eſt re-  
 gina vitiorum, vbiq; acquires mundiciam,  
 & impaſſibilitatem, ſi illa dominabitur ti-  
 bi, vbiq; periculo ſubiacebis. Per cra-  
 pulam enim grauatur hominis anima in-  
 tellectus & memoria debilitatur, mens  
 quæ cæleſtia cogitare debet rapitur ad co-  
 gitanda terrena. Quamobrem miſeria eſt  
 longè viliffima, hominem intellectu præ-  
 ditum crapula videri ſepultum, qua nihil  
 eſt in hoc mundo vel vilius vel indignius.  
 Vix enim qui hoc laborat vitio è ſtrato  
 ſuo ſurrexit, quando iam cogitare incipit  
 quid eo die ſit comesturus, quibus modis  
 lautius omnia queant parari, vbi concu-  
 pitus cibus ac potus cōmodius poſſint inue-  
 niri ac cōparari, quibus rebus iſtius modi ho-  
 minis mens (quæ Dei eſſe tēplū debuerat,  
 vbi cōtinuo de Deo cogitari & diuina reſo-  
 nare laudes deberēt) quaſi quædā putidi ef-  
 ficur

Clim. gr. 4.  
 non precal  
 a ſine,  
 Hucusq; ille

ficatur popina, in qua nunquam non aliquid coquitur lixatur aut affatur: vbi pro igne deuotarum iugiter Domino effundendaū precum affectus ipse diuersis afluat ac feruet coctionum factoribus. Ante comestionem varijs agitatur ciborum ac poculorum concupiscentijs. Inter edendum plura concupiscit & ingerit, quam corporis efflagitet necessitas: imo nōnunquam pluribus se ingurgitat quam corpus ipsum ferre queat: id quod ne bruta quidem faciunt animātia: quæ melius suæ necessitatis rationē habere norunt quam homines. Cæterū post sumptum cibum magis libet somnū indulgere, fabulis vacare, aut alijs ineptijs implicari, quam studio occupari pietatis. Sedit enim (inquit scriptura) populus manducare & bibere & surrexerunt ludere. Hæc atq; huiusmodi si studiose pergamus animaduertere haud dubiè comperiemus, ventris ingluuiē viam nobis præcludere omnium virtutum atq; bonorū. Vnde in huius rei typum legimus in li. Regum, quod post captā à rege Babylioniorum ciuitatem Ierusalē missus sit princeps coquorū, q succēderet & exureret templū Domini: quo datur intelligi, quod per gulæ vitiū omnis virtutū decor & ornatus hominis spiritualis, qui Dei templum esse

Exo. 32. b.

4. Reg. 2. 5. c  
Nō hic prin  
ceps coquo  
rum sed  
militiæ fuit  
se legitur.  
De Phuti-  
phare aut  
legitur a  
pud Hier. q

esse debet deuaſtetur ac ſpolietur. Hunc er-  
 go tyrannum ante omnia perimat aut cer-  
 te proſſiget neceſſe eſt, quiſquis veram vitā  
 ſpiritualem cupit amplecti. Sane videmus  
 quantum impediementi ſentiant, qui altum  
 cupiūt montē conſcendere, grauati ſarcina  
 obefi corporis: ita quoq; difficile eſt, vt in  
 vita ſpirituale promoueat, mentemq; ſuſtol-  
 lat in Deum, quiſquis ponderoſo laborat  
 vitio crapulæ. Vnde Dominus ſolicite nos  
 hortatur ita dicens. Attendite vobis ne for-  
 te grauētur corda veſtra in crapula & ebrie-  
 tate, & curis huius vitæ. Beatus item Hie-  
 ronymus. Difficile inquit, imo impoſſibile  
 eſt, vt & præſentibus quis & futuris fruatur  
 bonis: vt & hic ventrem & ibi mentem  
 repleat: vt de delicijs trāſeat ad delicias: vt  
 in vtroq; ſeculo primus ſit: vt & in cælo &  
 in terra appareat glorioſus, Alibi quoque  
 hac de re ſcribens, ita ait. Quod ſi quis exi-  
 ſtimat, & abundantia ciborum potionūq;  
 ſe perfrui, & vacare poſſe ſapiētia: hoc eſt  
 verſari in delicijs, & deliciarū vitijs non te-  
 neri, ſeipſum decipit: Vnde idē ita ſubiun-  
 git. Adeſſe ergo debet ratio vt taleis ac tā-  
 tas ſumamus eſcas, quibus non oneretur  
 corpus, nec libertas animæ pregrauetur.

Cōtrarij ſunt naturæ anima & corpus: eoq;

P con-

princeps  
 fuerit co-  
 quorum  
 Vide: Hier.  
 in quif.  
 Heb. in Ge.  
 37.

Luc. 21. f.

Hie. ad Iuli-  
 anum to. i.

Hie. li. adu.  
 Ioui. 2. non  
 procul ab  
 exordio.

ibidē pau-  
 lo inferius.

DE PROBITATE

contrarijs pascunt cibis. Ad hæc si plus æquo aliquid detur alteri, alteri necesse est aliquid subtrahatur. Si indulgeatur carni, cum dispendio id fiet animæ. De hac quoque abstinentia ita scribit doctor Climacus. Noli decipi: quia non poteris liberari à seruitute Pharaonis, & videre pascha spirituale, (hoc est felicem haud feceris ad virtutem transitum) nisi comederis panem azimum cum lactucis agrestibus. Lactucæ agrestes sunt violentia ieiunii, labor orationis, & patientia in aduersis. Idem etiam monachum compellans sic ait. Si tu promisisti Christo ire per viam arctam, restringe & angusta ventrem: si enim illum dilataueris fregisti professionem. Ita que nemo seipsum fallat. Nolite inquit Paulus, errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo hæc & metet. Quomodo qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam: Hoc est, quisquis eo affectu est, ut voluptatibus sese querat oblectare carnalibus, animæ suæ exitium sibi parabit, iuxta illud quod vulgo dici: consuevit. Qui carni suæ dat quod prauè concupiscit æternæ mortis eam hæredem facit. Quam obrem quisquis à Deo vocatus es, & animo profes-

Cli. gra. 14.

Ibidē superius.

Gal. 6. b.

wi sijn  
vleesch  
gheeft synē  
eyfch na  
sijnē luste.  
Die sal er-  
uē eeuich  
steruen son-  
der ruste.

professione aut voto, ad vitam te contulisti spiritualem seu monasticam, memineras semper ab omnibus sedulo abstineas, vnde animus tuus prauam aliquam voluptatem possit accipere: potissimum autem ab immoderatu vsu ciborum & potionum, quorum concupiscentia maxime agitatus est in solitudine populus ille israheliticus. Simul enim atque per sterilem proficiscenti eremum in mentem venerunt veteres illæ Agypti deliciae, iniquo mox cepit murmure stomachari aduersus Mosen atque adeo aduersus Deum ita dicens: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique & cepe & allia. Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man & rursus, Vtinam inquebant mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem nostrum in saturitate. Atque hanc ob rem grauissima tandem plaga à Domino percussi sunt. Quo facto Dominus noster (sicuti probabile est) nobis indicatū voluit, quātū sibi illud gulę vitium displicuerit, quātūq; malū sit dū quis vitę iniciat? spirituali ad posteriora respicit,

Num. 11. b.

Exo. 16. a.

Exo. 17. b.

P ij

respicit,



DE PROBITATE

respicit, & rursus prauis carnis concupiscen-  
tijs indulgere cupit, in cibis poculis & id ge-  
nus alijs, quæ semel abdicauit. Vnde beatus  
Hieronymus. Qui Christum desiderat, & il-  
lo vescitur pane, non quærit magnopere  
de qua præciosis cibis stercus conficiat.

Hic. in re-  
gu. mona.  
ca. de. absti-  
nentia.

Eiusmodi enim vna cum Christo saluatore  
nostro dicit, Meus cibus est vt faciã volun-  
tatem eius qui misit me, vt perficiam opus  
eius: iuxta illud quo nos alibi hortatur ita  
dicens, Operamini non cibum qui perit, sed  
qui permanet in vitam æternam, quem fili-  
us hominis dabit vobis.

Ioh. 4. e.

Ioh. 6. d.

De discretionẽ seruanda in corporis maceratione. 2.

**I**Taq; quisquis tyronem adhuc agit sacrę  
religionis carnem suam coerceat oportet,  
idq; iuxta moderamen rectę rationis.  
At quando istiusmodi hominis ratio necdũ  
perinde illustrata, sed potius adhuc caligi-  
ne offusa est, instructore opus habet qui ip-  
sum quicquid ad corporale hoc exercitium  
pertinet probẽ ac plenẽ edoceat. Hinc bea-  
tus Bernardus. Docendus est (inquit) noui-  
tius sic habere corpus suum, sicut egrotum  
commendatũ: cui etiã multum volenti in-  
utilia sunt neganda vtilia vero & nolenti  
ingerenda. Sed hic duplex subesse periculũ  
& bifariã hic consuevit peccari. Nã n̄ qui  
ardentiore

Vide tracta-  
tũ Bernar-  
di ad scriptũ  
de vita soli-  
taria non  
procul à  
principio.

ardentioꝛe quodaꝛ aguntur pietatis feruoꝛe, nonnunquam nimij sunt in castiganda & maceranda carne, ita vt vix eo adduci possint, vt quã necessaria sunt ei suppeditent. Alij vero remissioꝛes sunt, & ad abstinentiaꝛ seu temperantiam tardioꝛes, propterea videlicet quod huic exercitio noꝛ assueuerint: qui quum prauam consuetudinem arbitrentur esse naturam, concupiscentiaꝛ ipsam interpretantur esse necessitatem: atq; ita plus iusto carni parent, quam paulatim reduci oportuerat ad æquabilitatem quandaꝛ natura. Itaq; vt modus hic seruetur, discretione & prudentia quadaꝛ opus est, (quaꝛ citius ab alio quam à teipso discas,) ne videlicet caro ipsa vel laxiore indulgentia insolescat, vel seueriore austeritate frāgatur. Sic enim corpus nostrum per necessariorum rerum moderantiam coercendum, ne quo pacto aduersus ratione aut spiritum ferociat, sed contra spiritui continuo subseruiat & ancilletur, sicuti in hoc à Deo est creatum. Corpore quidem viuere debemus, non tamen tanquam pro corporis salute: sed ideo corpus ipsam in viuis retinendū, quod sine ipso viuere haud possimus. Fœdus enim quod autore Deo inter animaꝛ coꝛt & corpus per nos quando nobis libet abrumpi fas noꝛ est:

P iij

quippe

DE PROBITATE

quippe nemo sui esse homicida potest: sed æquanimiter expectari tempus necesse est, dum iuxta diuinam volūtatē legitimè ac naturaliter contingat animam à corpore diuelli. Interim corpus sustentari habet iuxta quod legitima id exposcit obligatio, sub ministratis videlicet eidem iuxta rationem necessarijs. Hec autem discretio quoniam difficulter parabilis est, quod pleriq; rudiori sint ingenio, & nonnulli parum aut nihil sint hac in re experti, consultissimum fuerit huiusmodi tyroni vt discretionis loco obedientia vtatur, sequuturus in omnibus sui prelati, aut eius cuius fidei concreditus est consilium, cuius vbiq; sententiam præferre & sequi haudquaquam addubitet. Inimicus enim noster mirus est artifex, & nusquā nō molitur pretextu falsarū virtutum optimas quasq; virtutes destruere: maximè quū cernit incipientis animum & affectum paratū accinctūq; ad sequendū quicquid iuxta diuinā volūtatē est sequendū: & rursus ad fugiendū quicquid est fugiendū. Quū ergo certū huiusmodi tyroni necdū adsit iudiciū in discernendis bonis à malis: & itē in deligendo quod inter bona prestantius est, sæpenu-mero in magno consistit periculo. Quamquam si fas est in alteram delinquere partē  
 tutius

tutius est (teste Gersono) ipsi corpori plus-  
 culum aliquid indulgere, quam aliquid ne-  
 cessariæ rei subtrahere: propterea quod mi-  
 nori negotio occurri possit malo per intē-  
 perantiam conciliatio, quam per abstinen-  
 tiam, aut necessariæ rei subtractionem.

Quandoquidem vt medici tradunt, longè  
 sanabiles sunt morbi, qui ex intēperātia  
 contrahuntur cibi aut potus, aut ex aliarū  
 rerum copia, quam qui ex immodica con-  
 ciliantur abstinentia, vtpote qui hominis na-  
 turam non modo lædunt verum etiam ple-  
 runq; sensu priuant, aut sui impotē reddūt.

Quam necessaria sit modestia etiam externa: & quam  
 efficax sit hæc ipsa ad obtinendum fauorem diuinū.

Cap. 3.

**V**bi vero corpus iam preparatū & co-  
 aptatum fuerit ad obsequiū spiritus,  
 quod ad gulæ temperantiam attinet  
 restat videndum quomodo etiam cæteris  
 omnibus corporis mēbris sit honestè & de-  
 center vtendum, ne totus subsequēs labor  
 prorsus reddatur irritus, si hoc nō fuerimus  
 prius edocti. Illud enim pro indubitato ha-  
 bēdū, quod planè & oleū & operā perditu-  
 rus sit quisquis sibi circūspecte nō prospexe-  
 rit, ne qd vsquā seriæ rei pretermittat. Qua-  
 re vigilāter & studiosè sibi prospicere debet

P iij

maximè

DE PROBITATE

maxime homo spiritualis, ne quid ad spiri-  
 tualem spectans vitam vsquã omittat aut  
 negligat. Summo etiam studio corporaleis  
 omneis actiones obseruare, nec vnquam  
 prorsus securus esse, aut citra omnem metũ  
 plus satis sibi fidere debet. Quemadmodũ  
 enim dolium in quo optimum vinum re-  
 conditũ est summa cura obseruari debet, vt  
 vndiq; sit solidum, omni ex parte clausum,  
 & nullis vsquam foraminibus aut rimulis  
 obnoxium, vnde vel vinũ effluere, vel per  
 ingressum aërem vini ipsius virtus posset  
 elanguere: ita & homo seipsum sollicitè ob-  
 seruare, sibiq; prospicere debet, alioqui tã-  
 tum bonæ frugis perdet ex parte vna, quã-  
 tum lucrifacit aut meretur ex altera: sicuti  
 vsuuenire consuevit ei qui in precibus fer-  
 uidus est, sed incircuncisus in sermonibus:  
 & rursus ei qui rigidus est in abstinentia cibi  
 ac potus, sed interim deditus est somnolen-  
 tiæ aut ocio: & plerisq; id genus alijs. Sunt  
 autem huiusmodi homines stultis quibusdã  
 operarijs seu artificibus similes: qui vna qui-  
 dẽ die strenuè laborant: sed postridie inter-  
 dũ duplo plus perditè commessando con-  
 sumunt atque ita in continua agunt æge-  
 state victitantes in diem, iuxta illud quod  
 vulgo dici consuevit, De manu ad dentẽ.  
 Vnde

Vander hãt  
 tot indẽ tãt

Vnde nihil mirum, quod multi hodie cer-  
nantur, qui tametsi multis etiam annorum  
voluminibus sub sacro vixerint ordinis ali-  
cuius instituto, vacui adhuc sint vera pieta-  
te, & in virtutibus & gratijs diuinis imper-  
fecti; maximè quū sint fere veluti vasa que-  
dam plena rimis, quibus nihil pene bonæ  
virtutis potest infundi: aut si quid forte bo-  
ni infundatur continere illud non valent:  
atq; ob hoc ipsum rarius ac parcius ipsis do-  
na diuinā instillantur. Quare haud immeri-  
to mystica illa in Canticis sponsa, tale à suo  
sponso audit encomium: Hortus conclu- Cant. 4. d.  
sus soror mea sponsa: hortus conclusus: fons  
signatus. Quo sermone insinuatur religiosi  
hominis animam vndiq; diligēter clausam  
& circunceptam esse oportere, ne quid ma-  
li vel alieni possit alicunde irrumperere, &  
rursus ne quid boni possit egredi ac perire.  
Idem ergo sermo etiam in nobis complebi-  
tur, in primis si omnia corporis nostri mē-  
bra coaptemus & assuefaciamus obsequio  
Dei, deinde si nullam prauam consuetudi-  
nem apud nos hærere sinamus scientes &  
volentes, quæ diuinæ in nobis gratiæ possit  
obesse, sed iuxta doctrinam apostolicam  
exhibeamus Deo corpora nostra hostiā vi- Ro 12. 3.  
uentē, sanctā, Deo placētem. Id enim ratio  
exposcit

DE PROBITATE

Ro. 6. d.

exposcit æquitatis, vt qui sepe numero mēbris nostris abusi sumus ad vanitatē & improbitatem, ediuerso eisdem vtamur ( idq; non paulo sollicitius ) ad Dei honorem & obsequium: quo videlicet per eadem corporum nostrorum instrumenta Deus honoratur, per quæ aliquādo fuit exhonoratus: nos quoque per eadem membra, spiritua- lia dona ac merita dudum amissa recupere- mus, per quæ ipsa perdidimus: proximus deniq; nos ter prouocetur ad pietatem, sicuti prius prouocatus est ad impietatem: vt ita tandem desideratam consequamur benedictionem à Patre luminum: quemadmo- dum huius nobis rei typum præsignauit pa- triarcha Iacob, dum benedictionem con- sequutus est paternam vestibus indutus fra- tris sui Esau optimis atque fragrantissimis. Quo exemplo sacra nos scriptura instruit, quemadmodum homo imperfectus ad in- ternum Dei cupiens peruenire fauorem, ex- ternam etiam quærere debeat probitatem & honestatē hominū perfectorū, qui Deo placuerunt etiā apparatu extrinseco, nimi- rum foris conspicui ornatu proborum mo- rū, nedum virtutibus intrinsecis: & pietatē exercuerunt etiā usu membrorū externo, nedū studio animi interno. Huc enim nos hortatur

Gen. 27. d.

hortatur apostolus dū ait. Sicut exhibuistis  
 mēbra vestra seruire immūdicie & iniquita  
 ti ad iniquitatē, ita nūc exhibete mēbra ve- Ro. 6. d.  
 stra seruire iustitiæ in sanctificationē. Quā  
 doctrinā apostolicā tūc implemus, quū om-  
 nis corporis nostri tū sensus tū artus coer-  
 cemus certo quodā studio decentis honesta-  
 tis, ita eos subiicientes obsequio recte ratio-  
 nis, vt equis imperare solemus adhibito fre-  
 no. Neq; enim eis vti debemus pro arbitrio  
 indomitarū cōcupiscentiarū, aut prauæ no- Iac. 3. a.  
 stræ volūtatis: sed pro arbitrio rationis &  
 voluntatis diuinæ proq; exigentia spiritua-  
 liū gratiarū. Videmus quanta cura adhibea-  
 tur pbē instituendis ijs q; obsequio destinā-  
 di sunt regis cuiuspiā aut p̄potentis alicu-  
 ius principis: quomodo mores illis tradant̄  
 aulici, ac principales, ne si gestibus sint parū  
 cōditis ciuilitate regia, ab ipso possint rege  
 seu principe fastidiri. Sic enim factū legi-  
 mus à rege Nabugodonosor: q; quos tandē Dan. 1. a.  
 in sua regia habitur⁹ erat cliētes ac famulos  
 prius institui p̄cepit omni sapiētia prudē-  
 tia disciplina, & cognitiōe linguæ chaldeæ,  
 vt instructi atq; adeo educati cibo potuq;  
 regio trib⁹ annis, postea in palatio starēt in  
 cōspectu regis. Quāto iustius est summū ad  
 hibere studiū parādis pbis moribus ab ijs q;  
 ad



DE PROBIDADE

ad summi illius regis & Domini dominantium vocati ac delecti sunt obsequium, qui ut creator est & animarum, & simul corporum, Ita æquissima omnino ratione ab vtrisque sibi cupit seruire? An putas illi gratum fore famulum vagum, qui incompositis est & moribus & sensibus? Haudquaquam sanè. Sed ut Dominus est omnium summus, ita non nisi summos & præstantissimos vult habere famulos. Vnde insignis ille rex David ita nos in psalmo adhortans, **Psal. 2.** Apprehendite inquit disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Proinde mihi videre videor externam hanc tam sensuum quam membrorum honestatem, virtutem esse tam necessariam, tamque utilem, ut putem neminem quamuis etiam imperfectum non propediem consequuturum perfectionem, qui huius fuerit studiosus amplexator, & rursus contra neminem quamuis perfectum non propediem ad magnam defecturum imperfectionem qui in huius fuerit virtutis studio negligenter atque remissior. Fieri enim haud potest, ut in sensibus vagis, & moribus inconditis & irreligatis Spiritus ille sanctus diutius consistat, quippe qui omnem auersetur vanitatem, & auferat sese a cogitationibus quæ sunt

sunt sine intellectu. Qui & ob id Spiritus <sup>ibidem.</sup> disciplinæ dicitur, quod extraria illa honestate veluti præcioso quodam ornamento animam hominis tanquam sponsam Christi venustam reddat & decoram, atq; adeo etiam pulchra quadam ornatus varietate & Deo simul & mortalibus efficiat spectabilem & gratam.

Quomodo disciplina sit custodienda, quum ut alij alluciantur ad virtutem, tum ut propria facilius evincatur imbecillitas.

Cap. 4.

**E**X premissis facile quisque animadvertat: quã sit hæc exercitatio homini necessaria, potissimum tamẽ tibi qui vocatione diuina precipuũ quoddã diuini obsequij seruitiũ statuq; perfectiorẽ expetisti & amplexus es. Vide ergo hominẽ istũ externum, hoc est habitum omnem corporalem tam in sensibus quã in mēbris diligẽter obserues, rectẽ modereris, decenter & honestẽ componas, vt in admirationẽ & gratum tui contuitũ conuertas oculos diuinæ maiestatis, angelorum, & pariter etiam hominum ( siquidem spectaculũ facti sumus, vt ait Paulus, mundo & angelis & hominibus, ) potissimum aut vt tui exemplo quasi fragrantissimo quodã virtutum & Christi odore alios pellicere possis ad studiũ pietatis

1. Cor. 4. b.

DE PROBITATE

tis & amorem Christi. In confesso quidem est Deū magis spectare internum hominis affectum, quā exhibitionem operum & morū exteriorum, verum si vtrobiq; sis probè excultus, longè illi fueris acceptior. Quum enim per nos cupiat & alios ad virtutē excitari, necesse est prodamus nostrā virtutē: nam quod in mente geritur ab alio videri haud potest. Huc nos hortatur Paulus dū ait. Vnusquisq; vestrū proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Et rursus alibi dū dicit. Prouidentes bona, non tantū coram Deo, sed etiā coram omnibus hominibus. Ad hæc & ratio ipsa palā efflagitat, vt talē agamus vitā, quæ ad perfectā virtutē & alios cōmodè accēdere possit. Ita enim et nobis dicitur, quod in laudē spōsæ Christi in Canticis scriptū est, Odor vestimentorū tuorū sicut odor thuris: Vbi per vestimēta externam accipimus hominis conuersationē. Quinimo etiamsi intus sit quis modicæ virtutis, & exigui erga Deū amoris, & multæ imperfectiōni atq; imbecillitati obnoxius, vtile tamē fuerit ac Deo gratū, si quantum fieri potest disciplinā semper seruet extrariā, (id quod factu facilius est quā impere affectui cordis, ) quā omneis corporis sensus moderetur & mēbra: nā ita p̄pinquo suo haudquaquā perniciosus, sed salutaris

Ro. 15.

Ibidē, 12. d.

Eāti. 4. c.

potius futur, est, aut certe si nō salutaris, nī  
 hil saltem corruptele adferet sicuti nihil  
 adfert vicino pernicii, qui contagioso la-  
 borās sedulo sibi cauet, morbūq; quantū fie-  
 ri potest celat, religiose prospiciēs ne cuius  
 valetudinē inficiat Nec enim id agit, q; pro-  
 bior aut sanior haberi velit quā vera sit, nā  
 id fallacis duplicitatis & dolosæ simulatio-  
 nis foret, sed q; propinquo suo nō malè sed  
 cōtra benè cupiat, id qd veræ est amicitia  
 magnæq; prudētia. Qui aut secus faciētes  
 imbecillitatē atq; miserā suā identidē pan-  
 dunt & passim quibusuis ingerunt, similes  
 sunt perfrictæ frontis meretricibus, quæ q;  
 plures pelliceāt ad impudicitia, nihil verēt  
 suā quibusuis detegere turpitudinē. Tales  
 sunt irreligati isti, q; nihili curāt quid coram  
 quibus effutiāt faciātūe aut quid inde possit  
 cōseq, sed passim vbiq; sese aliqua offert  
 occasio nullo habito nec temporis nec loci  
 nec personarū respectu suā pdūt insipiētiā  
 improbitatē, vanitatē. Cōtra hos loquēs sa-  
 piēs. Melior inqt ē, q; celat insipiētiā suā, q;  
 homo q; abscondit sapiētiā suā. Quod dubio  
 pcul, verissimū est. Quippe sapiētiā absco-  
 dere, magnū est dispēdiū, cōtra vero magnū  
 cōpēdiū abscondere insipiētiā. Præterea vti-  
 litatē adfert nō alijs mō, verū etiā sibi ipsi q;  
 quis suā

Eccle. 20. d.

Sapientia  
 absconsa &  
 thesaurus in  
 visus, quæ  
 vtilitas in  
 vtriusq;  
 Eccle. 20. h.

DE PROBITATE

suā quā secum circūfert miseriam celare & cohibere nouit, nā ita plerunq; miseria ipsa seu mali fomes euinci consueuit, dū uidelicet foras erūpere non sinitur. Ignis enim si suffocet, tādē extinguit, radix si mole aliqua premat, puta terre vel lapidū, ita ut emergere haud possit, tādē in seipsa putrescit ac penitus perit, fontis itē scaturigo si diutius obturetur tādē prorsus tollitur. Itidē vsuuenit & in vitijs arrogātia, iracūdia, vanitate, impudicitia & in alijs prauis animi affectib<sup>9</sup>: quod licet in pectore hominis nonnunquā altius figāt radices, facile tamē peribunt intus, si via eis erūpendi precludatur foris. Est itaq; extraria hæc morum honestas, decēsq; membrorum ac sensuum cohibitio fundamentū quoddam, & virtus quædā initialis, omnibus spirituales vitā auspicantibus apprimè necessaria, utpote per quam vagus aliqui hominis animus paulatim sibi restituitur, vnitur & ad quietem componitur: que Ber. quies, teste Bernardo, primū est subsidium ad sanandam à suis languoribus animam.

Disciplina morum qualis sit virtus, & qua in re sita sit: item admonitio ad omnes prælatos. Ca. 5.

**V**T aut de virtutis huius nempe disciplinæ honestate seu modestia fusius differamus, principio dicēdū iuxta rectum

rectum docendi ordinem quid sit discipli-  
 na, & in quo sita sit. Describi ergo potest  
 hoc modo. Disciplina est membrorum om-  
 nium motus ordinatus, & dispositio decēs  
 in omni habitu & actione. Respicit autem  
 omnes circumstantias temporis loci & per-  
 sonarum. De hac ipsa disciplina loquitur  
 pulcherrimè Bernardus, ad virginem quan-  
 dam Sophiam nomine ita scribens. O quā  
 compositum reddit omnem puellaris cor-  
 poris statum, nedum & mentis habitū, dis-  
 ciplina? Cornicem submituit, ponit superci-  
 lia, componit vultum, ligat oculos, cachin-  
 nos cohibet, moderatur linguam, gulam fre-  
 nat, iram cedit, format incessum. Talibus  
 decet pudicitiae vestem distingui margari-  
 tis, istiusmodi circumdata rarietate virgini-  
 tas, cui gloriae merito non praefertur ange-  
 licae? Est ergo haec disciplina virtus quaedā  
 omnia respiciens quae rem aliquā circumstant  
 ac decent pro qualitate tēporis loci & per-  
 sonarū: quae qualitas ante omnia sollicita est  
 semper obseruanda. Etenim quae vno decēt  
 loco nō p̄tinus decēt alio: & quae huic serui-  
 unt tēpori aut personae, plerunq; non itē ser-  
 uunt isti aut illi. Atq; hinc plerunq; foedus  
 nascitur abusus, & nonnunquā etiā magna  
 inter nōnullos cōtrouersia, propterea quod  
 Q haec

Disciplina  
 morum de-  
 scribitur.

Hugo de sa.  
 vi. li. de inst  
 no. c. 10

Ber. ep. 113.

DE PROBITATE

111  
 hae conditiones parum obseruent, sed eã-  
 dem semper ubiq; & apud quosuis seruare  
 velint morum consuetudinem. Quocirca  
 res est quum primis necessaria, vt in cenob-  
 ijs & alijs spiritualibus collegijs extrarius  
 hic disciplinae decor studiosissime semper cõ-  
 seruetur, & vt iuniores & tyrones hac in re  
 diligentissime instituantur, iidemq; primo  
 omnium huiusmodi disciplinae per acris  
 etiam poenitentias coaptentur atq; adsue-  
 cant. Vnde enim inter monachos plus tur-  
 bae: vnde plus fastidij, vnde plus proficisci-  
 tur tentationis, quã ex huius virtutis ne-  
 glectu? Certè in hoc ipso inimicus tantum il-  
 los plerunq; alienat à Deo & proximo, per  
 res penè nihili, quantum alios nonnullos in  
 mundo agētes per res graueis, & magni mo-  
 menti. Vbi autē hae disciplinae studiosè ob-  
 seruatur, quid aliud in istiusmodi mortali-  
 bus, quã angelos quosdam cernimus? Ad  
 hae quid aliud est spiritualis hominum pro-  
 bē instituta, optimisq; moribus exulta so-  
 cietas, quã paradysus quidam & cœlū ter-  
 restre? Quare omnem appello & obtestor  
 ex parte Dei praelatum, qui rationem Deo  
 redditurus es salutis & animarum tibi con-  
 ceditarum, ne usquã per pusillanimitatem  
 aut incuriam committas, quo minus exter-  
 nae cõuersationis honestas promouehatur:

sed

sed omneis adhibeas machinas, nullūq; nō moueas rudentem, quo hāc vbi prorsus nō est inuehas, vbi collapsa est restaures, & vbi est conserues prouehas & augeas. Huc sedulo & peculiariter adhortare iuuenes: qui vt huius sunt virtutis plerunq; maximè expertes, ita ad eandem amplectendam cæteris ferè sunt magis idonei. Insta opportunè im-  
 portunè, insolentiores argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, & vbi sermonibus parum proficitur, adhibeto nōnunquam & multæ coactionis, aut flagelli remedium: hisq; modis experire an fortè vel sic queas subditorum inuenire salutē. Interim tamen tristibus miscere semper læta, memento, ne propter seueriorē correptionem tandem subditos habeas aut refractarios, aut fucatos. Edoce illos quātum ex seruata disciplina proficiatur bonorum: et ex aduerso quātum malorum dimanare possit ex detestanda dissolutione, vt virtutem non tam nosse discāt, quam exercere ex amore. Erudi itaq; illos hanc virtutem, sed potissimum exemplo piæ conuersationis, & exhibitione operum magis quam longo tractu verborū, quādoquidē vt Seneca ait Plus homines oculis quā auribus credunt. Longum enim est iter per præcepta breue & effica-  
 x per exempla. Neque vere hæc solum

.2. Tim, 4. a

Sene. epi. 6.

Arist. 10.

Ethi. Ma-

gis inquit

mouent ex

empla quā

verba.

Q u i d i x e r i m



## DE PROBIDADE

dixerim coenobiorum præpositis verū etiā  
parentibus (si modo liberos habeant) itēq;  
ōnibus præceptorib⁹: et præceptricib⁹ quos  
peculiaris semper cura sollicitos habere de-  
bet, vt recētia germina ipsorū fidei cōcredi  
ta salutariter inflectant, pbē instituāt, pieta-  
ti assuefaciāt, omni morū honestate erudiāt  
et expoliāt, in ōnibus disciplinā seruare edo-  
ceant, in motu, in quiete, in cibo, in potu, in  
vestibus, in visu, in colloquijs, & in cæteris  
omnibus: hæc enim facilius in nouis præsti-  
teris plantulis quam in adultioribus, quod  
illorū quam horū docilior sit animus & in  
omnem habitū flexilior. Quod si vero hic  
incurius sis, rationem tandem redditurus es  
non exitij solū illorum, verum etiā omniū  
malorum, quæ ex illorū malè instituta vita  
ad alios dimanabunt. Solent enim ferè eius-  
demodi quasi pestes esse aliorū, & virtuti-  
bus impedimentū, & vitijs præsiātes fomē-  
tū. Proinde hanc nostrā admonitionem be-  
nigno affectu amplectere, & penitus animo  
in sculpas tuo, ne tandem quū tua tibi rese-  
rata fuerint lumina, & cuncta videris quæ  
inde sequuta sunt mala, neglecti officij pœ-  
nitudo perpetuū te excruciat, & citra om-  
nem veniæ spē te ipsum deploras. Videtur  
quidem hæc disciplina non perinde magni

esse

esse momenti, magnam tamen adfert vitæ mortaliū pernīcē neglecta. Nā quemadmodū putamē pomum, & cortex conseruat in suo virore arborem, ita disciplina morum externa, virtutes alit & cōseruat internas.

De disciplina in vestibus seruanda. Ca. 6.

**Q**Vando iam intelligimus, quātum ex disciplina agmen proficiscatur bonorum, hic consequēter tractandū quo modo iuxta diuersas sui partes sit

hæc ipsa virtus exercenda. Quod quidem faciemus quam poterimus paucissimis, tū quod alij nonnulli hac de re copiosissime disseruerint, tū q̄ ex seipso facile intelligat quisquis aliquo præditus est ingenio, quid in mēbrorū vsu & gestu decēs sit & itē quid indecens.

Primo itaq; loco videndū qualē disciplinā, seruari deceat in vsu vestiū, in quo hodie peccatur non vno modo: sed potissimū per prætij studiū, quod seruū Christi magnopere dedecet, maximē quū beatus Petrus ne mulieribus quidem id præmittat, docēs illas nō auro sed diuinis se virtutibus debere ornare: quibus tamen plusculū ali-

*Vide Specu- lum disci- par. 1. cap. 3 & seq. item. Hugo de sa. vic. de inst. nou.*

*1. Pet. 3. 2. Idē apertius Pau. 1. Ti. 2.*

**Q**uī forma,

DE PROBITATE

forma, naturæ defectum pensaret. Seruum ergo Christi maximè autè monachum decet ambitionem omnem præciosarum vestium defugere, & indumenta quærere vilia, quo vel sic Christo pauperi possit esse conformis: qui ex paupercula genitus parente, & in vili positus ignobilis ciuitatis nãpe Bethleem, stabulo vilibus est inuolutus panniculis: qui quum diues esset Deus & Dominus, propter nos egenus factus est: qui principes humani generis autores Adamũ & Heuã vestiuit non auro, non serico, non pãno precioso: deniq; non lana nec lino, sed tunicis pelliceis: hoc ipso insinuans ac docens, quod homo in vestitu quærere debeat non concupiscentiam oculorum, non fastum aut gloriam mundanam, sed verecundarũ partium velationem, et imbecilli corpusculi aduersus frigus & alias elementorum iniurias tutelam & defensionem. Secundo peccant pleriq; in vsu vestium & alijs diuersis modis vt per molliciem, per luxum, per splendorem, per exquisitum colorem, per nouitatis studium, per delectum elegãtis alicuius formæ, quæ interdum tam est extranea vt tegendis membris parum seruiat, imo nõnunquã etiã incommodet atq; officiat, tantum abest vt tegat tueatur aut foueat, quũ tamẽ  
in

2. Cor. 8. b.

Gen. 3. d.

in hoc ipsum velles ipsa patetur. Heu quā  
 tum hic flagitiorum agmen cernere licet: po-  
 tissimū inter mundanos istos tam viros quā  
 scēminas, mundo huic verius quam Christo  
 militantes: qui haud secus sese amiciunt &  
 excolunt omni ornatus genere, quam si prin-  
 cipes essent aut magnates, heroes aut heroi-  
 nā: quum interdum vix tātum suppetat pe-  
 cuniolā, quantum sufficit comparando te-  
 nui corporis victui. His planē metuendum  
 ne sint tandem vna cum diuite illo commes-  
 satore remunerandi, qui purpura scribitur  
 & bysso fuisse vestitus. Vnde beatus Hiero-  
 nymus parentes instruens quomodo liberos  
 suos rectē educare & erudire debeant, vt ha-  
 bitu testentur quod corde profitētur et ore,  
 ita ait. Ipse habitus doceat eam, (de Paula  
 loquitur Lætæ filia) cui promissa sit. Caue  
 ne aures eius perfores: ne cerussa & purpu-  
 risso consecrata Christo ora depingas: nec  
 collum auro & Margaritis præmas: nec ca-  
 put gemmis oneres, nec capillum irrufes, &  
 ei aliquid de gehennæ ignibus auspiceris.  
 Habeat alias Margaritas, quibus postea ven-  
 ditis emptura est præciosissimum Marga-  
 ritum. Et beatus Iacobus. Quicumque in-  
 quit voluerit amicus esse huius seculi: 1ac. 4. 8.  
 inimicus Dei constituitur. Item beatus

Q iij Iohan-

## DE PROBITATE

1. Iohan. 2. c. Iohannes. Si quis diligit mundū, nō est charitas Patris in eo. Quare non immerito sibi metuere debet ne expers sit diuini amoris quisquis adeo placere studet huic mundo per splendorē preciosarum vestium. Atqui prorsus indecens & nefas est viro religioso vt ambitionem sequatur in vestibus, quippe qui vna cum Iohanne baptista solitudinē est ingressus, atq; ob id defugere debet non modo pretiosum valorem, & oblectātem formæ seu coloris speciem, verū etiā molliciem omnem & immodicam commoditatem: sed contra rudibus & asperis carnem suam macerare, Christi humilitatem sectari, & mundanum debet fauorem aspernari. Qui impense studiosus est ornādi corporis, is fere incurius est ornandæ intus animæ: & quo foris videtur comptior, hoc intus fit deformior: deniq; quo plus studet placere hominibus, hoc Deo & angelis eius redditur ingrator. Proinde quisquis vna cū virginibus prudentibus feliciter ingredi cupit portam salutis perpetuæ, sedulo ornare se studeat, non cū fatuis illis virginibus foris, sed cum prudentibus intus: nec aliud requirat in vestitu, quam vnde frigus arceri, & verecunda queant velari. Quamquā in ipsis vestibus etiam moderatio quædam seruanda

uanda est: ne videlicet pretium color & forma, nec supra modum sint pretiosa, nec rursus infra modum vilia & peregrina: ne si in alteram videaris partē plus æ quo singularis, vel digito monstreris, vel omnium in te oculos ob insolitam illam precij coloris aut formæ nouitatem vilitatemue conuertas.

Ad religiosum .i.

**V**eruntamen tu qui monachum & cōtemptorem profiteris huius mundi, qui per externam vilitatem testari & exercere debes humilitatem & cæteras virtutes externas, caue te pudeat apud hominē quēquā secularem vel tui vestitus ordinis, vel vilissimæ etiam per te præstandæ operæ: quin potius hinc tibi gratulare, q̄ à Deo in hoc delectus sis, vt cōtēptibilis sis in domo Domini iuxta illud dauidicum, Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quā habitare in tabernaculis peccatorum. Caue in super sollicitus sis parandis vestibus quæ nō iniuria superflua possunt censerī, sed iis contentus esse disce, quæ pro ratione instituti, temporis, loci, & imbecillitatis tuę iudicantur necessariae. Quinimo elige potius paucis egere, quam multa possidere. Ama & sectare paupertatē, & cotidianā quandā  
 ipsius

Psal. 83,

DE PROBIDADE

ipſius famam habere ſtude, per hoc enim Chriſto (qui animi affectus intuetur) fiet cōformis, et dignus habebereſ qui diuitias conſequaris ſpiritualeis. Sola te neceſſitas compellat vti reb⁹ hiſce extrarijs, corde interim non niſi cœleſtiū rerum deſiderijs occupato, quo fiet vt in habitatoreſ habere mereatur Patrem cœleſtem. II.

**C**Or itaque tuum ne occupato parādis accipiendis aut poſſidendis rebus quibusdam præcioſulis, vt ramulis, linteolis, cultellis, imagunculis, bacculis præcatorijs, & id genus alijs, quibus facile non tam carere poſſis, quā etiam citra nefas pro neceſſitate aliqua ſeu vtilitate cum ſobria moderatione vti. Verum iſtiusmodi rerum copiam & veluti theſaurum quendam habere aut poſſidere, & ægrè ab illis diuelli magnū præſtat obſtaculum profectui ſpirituali, atque adeo nō minor hic auaritia cōmitti potest quā à ſecularibus, in parandis ac poſſidendis magnis mūdi opibus ſeu pecunijs. Caue tibi aliquando dicatur, quod in Euangelio ſcriptū legimus. Si in iniquo māmona fideles nō fuiſtis, quod rerum eſt quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles nō fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vobis? Alienum nobis eſt quicquid extrarium eſt, quæ vero nobis propria

Luc. 16. c.

autiq

propria sunt, spiritualia sunt. III:

**D**um tuo cum animo reputas, quid vestitus iste tuus tibi declarat, ingemisce protinus et erubescere te non esse talem intus, qualem te vestis mentitur foris, atque adeo etiam deplora non te iam prorsus esse mortificatum, quum vestitus ipse præter cæteras omnes occupationes tam efficaciter ois te mortificatiõis, (vt sanctus tradit Basilius) admoneat. *Basil.* Habitus enim religiosus, imperfectioribus quasi pædagogus quidã est, quo cõseruẽtur & arceantur à prauis & indecoris actionibus. Longè autẽ foediùs est, si qui habitu tanquã religiosum & abstemiũ sese ostentat, nequitie aliquid committat, quã si vulgaris quispiam tantũdẽ designet. Proinde si candidũ gestas amictum, tecũ reputa an similiter & cor tuum nitidũ sit & candidũ, an vestis illa innocentie Christi candidata sanguine, & in baptisimo recepta, nullis sit contaminata sordibus vitiorũ: & metue ne fortè similis sis sepulchris magnum dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus vero sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Si atro vteris colore, mœroris & luctus indicatiuo, vide an intus mœrens & corde compunctus cotidie plangas primum tua ipsius *Mat. 23:e.*  
com-



DE PROBITATE

commiffa, hinc mundi huius calamitofa mi-  
 ferias & pericula, deinde peccatorum caeci-  
 tatem & ingrati tudinem. Si veftis eft cine-  
 rei coloris, qui facre paupertatis & demiffi  
 præfert iudiciũ animi, vide num germane  
 fis pauper fpiritu, & humilis corde nil hu-  
 ius mundi expetens, quam quod mera requi-  
 rit neceffitas, omnemq; auerfans mundi hu-  
 ius honorem & gloriam. Si quid aliud in te  
 deprehendas protinus ingemifce, atq; ita  
 tecum meditare. O Domine, quando tandẽ  
 te ipfa futurus fum, quem efle me meus hic  
 foris mentitur habitus.

Ad ſecularem .i.

**Q**uod ſi vero ſecularis ſis lege viuẽs  
 communi, nihilominus etiam tibi  
 ratio quædam indumenti ſeruanda eſt, ac  
 primum diſpiciendum num magnificẽtius  
 aut ſplendidius veſtiaris, quam ſtatum tuũ  
 deceat, vt hoc pacto opulentiõr aut nobili-  
 or habearis, quam re vera ſis. Deinde ratio-  
 nem in eas, quã tibi de ipſo tui amictus or-  
 natu placeas, etiam ſi amictus ipſe nihil ha-  
 beat quod te dedeceat: & ſi quid hic peccas  
 ſe te deprehendas, abijce protinus eiũsmo-  
 di ornatum, qui offenſaculi tibi gignit ma-  
 teriam, & diuiſorem quendam agit inter  
 Deum & animam tuam. Si apud te ſeruans

tur

turres quædam exquisitæ curiositatis aut  
 precij, quales esse cõsueuerunt cingula glo-  
 buli prelatorij, & alia pleraq;, quæ non ne-  
 cessitati, sed soli seruiunt pompæ & luxui,  
 si aliquis in te est diuini amoris & contem-  
 nendæ vanitatis igniculus, perrumpe ocu-  
 lus impium istum animi tui affectum: & di-  
 uenditis inq; egenorum subsidium illis di-  
 stractis inde Deo sacrificium facito, vnde  
 ipsum probaris offendisse. Alioqui vitio-  
 sus ille animi tui ad res huiuscemodi affe-  
 ctus magnum præbebit obstaculum, tū di-  
 uine gratiæ, tum etiam impetrandæ super  
 fastu, & curiositate (qua in ipso diliquisti)  
 veniæ, quamlibet etiam sæpe confitearis.  
 Aut certè ideo hoc facito, vt per hoc gra-  
 tissimum Deo offeras sacrificium sicuti fit  
 quoties ipsi quippiam offertur, aut ipsius  
 ergo deseritur, cui humanus affectus impē-  
 sus inhærescit aut afficitur quemadmodū  
 supra modum Deo gratus fuit affectus ille  
 Abrahæ parati more Dei immolare &  
 occidere Isaac vnicum suum & vnicè cha-  
 rum filium. II.

**D**Vm religiosum quēpiā cernis dispa-  
 rem tibi amictu, hic iam erectā depri-  
 me mentis tuæ ceruicē: & occasione  
 vestitus, dignitatem contēplans sacri mo-  
 nachatus

DE PROBITATE

nachatus Deum in seruis suis venerare, atq;  
ita tecum cogita. Quanquam foris vestitu  
& vocatione sim illi dissimilis, intus tamen  
in multis eidem debeo esse cōformis, si vnā  
cum ipso perpetuo cupiā esse beatus. Præ-  
terea incomprehensam illam Dei sapientiā,  
magnificis efferes et celebrabis præconijs et  
laudibus, quę in coelestis illius glorię augmē-  
tum, varia mortalibus impertiat tam natu-  
rę quam gratię munera, varios prouideat  
ad se perueniendi modos, eorūq; alios alijs  
perfectiores, ex quibus diuersa in cœlo con-  
surgunt gaudiorū & glorię præmia. III.

**P**Rimo statim diluculo dū te vestire pa-  
ras dolens recordare primi illius crimi-  
nis per Adamum cōmissi, cæterorumq;  
omnium quę inde sequuta sunt delictorum  
& offensarum, per quę priuati sumus inge-  
nua illa innocentia, & venustissimo quodā  
nostrę naturę decore, atq; hinc factum me-  
mineris, quod ad obtegendam ipsius defor-  
mitatem & fœditatem, nunc ipsam cogamur  
operire, quum id nec in paradiso factū  
sit, terrestri ante præuaricationē, nec in pa-  
radiso fiat cœlesti, vbi omnia erunt pura cā-  
dida et immortalia, eoq; nulla cooperiendę  
naturę velamina necessaria. Apprecare insu-  
per diuinam bonitatem, vt animam tuam  
induere dignetur vestimento salutis, indu-  
mento

mento iustitiæ, & veste illa nuptiali charitatis, & tanquã sponsam ornare dignetur virtutum monilibus, vt ne in extremo illo iudicio appareat cõfusio nuditatis tuæ, & vt calida veste charitatis munire te possis aduersus frigus omne torporis, et aduersus flatum omnem diabolicarum suggestionum. III.

**D**Vm inopem quempiam videre contingit, eumque mendicum, lacerum, aut pannosum, caue illum fastidias, sed potius in mentem tibi subeat suscepta tui causa paupertas Christi, ad hæc metue te cumque cogita animam tuam fortasse longè sordidioribus opertã esse ante oculos diuinæ maiestatis, quam is sit foris ante oculos hominũ: & ex amore paupertatis Christi (vt ita animam tuam vindices ab egestate spirituali) libens aliquam eidem imperitare eleemosynam, modo tibi suppetat facultas.

De disciplina in vsu membrorum seruanda. Ca. 7.

**P**ost disciplinã in vestitu seruãdã, hic iã dicendũ quomodo homo sollicitus esse debeat seruãdæ disciplinæ in vsu membrorum: & in omnibus actionibus, vt in eundo, stãdo, sedẽdo, loquẽdo, vidẽdo, audiẽdo & similibus. Cõdecēs enĩ est & rationale, vt ei seruiamus vtroq; nẽpe aĩa simul & corpore q; vtrũq; et cõdidit & nobis donauit.

Tunc

DE PROBITATE

Tunc autem dignè ei corpore famulamur, quando membris nostris non in aliud utimur, quàm in quod ille nobis ea donauit, & quo illi obsequium aliquod impendere solemus. Cauendum autem ne membra aliorum functiones seu operas occupent aut interturbent: quemadmodum nonnullis id vsu venire cernimus. Videas enim nonnullos dum loquuntur & manus simul & pedes indecorè agitantes. Alios item videas, luminibus vagis nihil nõ adspectantes, etiã quæ ad ipsos nihil attinēt, & quæ contueri parum habetur decorum. Præterea alios nonnullos capita sua mouentes seu rotâtes videas, dum quid audiunt vident aut loquuntur, quod ipsos malè habet, aut admirationem aliquam adfert. Quæ omnia argumenta sunt vagi atq; indomiti spiritus, qui nusquã non conatur omnib<sup>9</sup> modis sese exerere. At homo spiritualis sollicitè sese debet in omni exteriori apparatu cõponere, ac totum sese accommodare, vt membris suis ad ea præstanda utatur, ad quæ destinata sunt, idque ita modestè ne quis merito possit offendi. Reperias enim nonnullos qui fere non arrigant aureis, nisi etiam hiatum quandam oris faciant, quasi verba ipsa per os sint excepturi. Alij si quid serio

211

serio operentur, rictum oris indecorè dister-  
minant, corrugatis vtrinque buccis, & nuda-  
tis interdum dentibus, aut exerta foras lin-  
gua. Alij quoties inter laborandum mēbra  
mouent, toties & oris habitum distrahunt.  
Alij dum loquuntur, manibus gesticulari nō  
cessant, digitos in altum tollunt, manus in  
omnem partem euentilant: sicque non tā lin-  
gua loquuntur quā manibus. Alij si quid  
audiant insolentius, capite in alterum refle-  
xo humerum, vnicā aurem veluti ostentāt,  
quasi altera obsurduerint: & quasi non iux-  
ta vtraque auris auditui seruiat. Sunt & aliæ  
sexcentæ histrionicorum gestuū forme, pla-  
nè indecorè atque adeo etiam Deo pariter &  
hominibus displicentes, quos percensere lō-  
gum sit. Proinde quisquis amans est hone-  
statis & ciuilitatis, in primis curabit, vt vul-  
tus sui habitus maturus sit & placidus, non  
amarulentus nec toruus: non vltra modum  
hilaris, nec rursus vltra modum seuerus, sed  
medio quodam modo, nēpe & matura qua-  
dam dulcedine, & dulci quadam maturitate  
temperatus. Hanc autem placidam grauita-  
tem seruari oportet non tā in publico apud  
alios quam in occulto nullo spectatore ho-  
mine: propterea quod dissolutio vel oculis  
diuinæ maiestatis atque angelicorum spirituū

R conspe

## DE PROBITÀTE

conspectibus summoperè displiceat: ita vè  
 Deus non raro propter eam sua dona mora-  
 talibus subtrahat: quemadmodū probè no-  
 runt qui spiritu ambulāt, & tam infusæ quā  
 subtractæ gratiæ studiosi sunt obseruatores.  
 In hac autē virtute sicut præcipua spiritualis  
 progressus sita est prosperitas fœlicitas &  
 vtilitas: ita huiusce virtutis seruandæ studio  
 parum adhibent operæ, parumq; sibi displi-  
 cent dissolutionis alicuius, seu reliquorum  
 interni profectus obstaculorum nomine,  
 quotquot Deo non student per verum amo-  
 rem & eidem spiritu copulari, contenti in-  
 terim dilectione quadam sterili atq; euani-  
 da: qui an sibi faciant satis, viderint ipsi. Hu-  
 ius rei typū prætulit lex illa vetus dum ve-  
 tuit offerri in sacrificium Domini, quicquid  
 vitio aliquo seu macula, vt claudicatione ce-  
 citate, morbo, aut alio aliquo incommodo  
 esset deformatum. Omnis inquit macula nō  
 erit in eo. Si cæcum fuerit si fractum, si cica-  
 tricem habens, si papulas aut scabiem, aut  
 impetiginem, nō offeretis ea Domino: nec  
 adolebitis ex eis super altare Domini. Deus  
 qui in omnibus suis est absolutissimus, taleis  
 quærit famulos qui nusquā vllam habeant  
 vitij alicuius maculam. Sicut enim in cœlo  
 habet seruos suos, sed ex omni parte perfe-  
 ctos:

Leu. 22. c.

ctos: (sine macula enim sunt ante thronum Dei, vti sacra testatur Apocalipsis,) ita in terra de nullo verè sibi placet nisi qui hanc sibi studet integritatē parare, iuxta id quod scriptum est. Omnia facito secundum exemplar quod tibi in mōte monstratū est. Hinc etiam Moses ait. Perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo. Itaq; quisquis moribus est incompōsitis & contaminatis, metuendum ne aut ocijus diuina gratia spoliatur, & Deo reddatur inuisus: aut certè ne iam dudum spoliatus sit, atq; à Deo auersus, iuxta illud Sapientis. Homo apostata, vir inutilis graditur ore peruerso: annuit oculis: terit pedè, digito loquitur: prauo corde machinatur malum: & omni tēpore iurgia seminat. Quem locum pertractans Hugo. Propterea inquit hūc hominē prius apostatam nominauit, quia nisi prius intus à conspectu conditoris mentis auersione caderet: foris postmodum ad incōstantiam & semināda iurgia nō veniret. Huc spectat et illud Iesaiæ. Pro eo q; eleuatę sunt filiæ Siō & ambulauerūt extēto collo, et nutibus oculorū ibāt, & plaudebāt, & ambulabāt, & pedib<sup>9</sup> suis cōposito gradu incedebāt, decalua bit Dñs verticē filiæ Siō, & Dñs crinē earū nudadit. Quo sanè sermone palā indicatur, morū dissolutionē deo sūmopere displicere

Hic aliquid adiecius ex schedis Domini Florentij: Apoc. 14. b. Exo. 75. d & Heb. 7. h. Deute. 18. c.

Pro. 6. b:

Hu. de S. Victore li. de iusti no.

Iesa. 3. c.

R ij vtpote



DE PROBITATE

utpote quæ à corde proficiscatur prophano, parum meticoloso, parumq; sui conditoris memori. Neceffe ergo est hominẽ cõpositum esse in omnibus suis actionibus, in incessu, in motu, in quiete, in colloquio, & ceteris alijs: ita videlicet vt graciosus sit citra molliciem, quietus citra dissolutionem, grauis citra tarditatem, alacer citra inquietudinem, maturus citra amaritudinem, et citra toruitatem & amarulentia seuerus: alioqui non iniuria illi metuendum, ne propediem sit intrus à suo conditore destituendus: et protinus lapsurus aut in ignauiam, aut in sterile otium, aut in conscientia distractionem vel ariditatem, aut alioqui in aliquã animi cœcitatẽ, atq; ita integrum illi nõ erit cor suum intro in semet, nec sursum ad Deum reducere, sicuti dudum consueuerat, quando per diligentem sensuum custodiam, perque decentem morum compositionem, viam ac locum Domino pararat: qui super õnia pacis & tranquillitatis est amator, iuxta illud. Et factus est in pace locus eius.

*De honestate externa aliquot præceptiuncule.*

His s'ia habes in Spec. mona. in op. Beaz.

P R I M A.

**Q**uoties domi contineris, aut secretũ te cubile claudit subtractum aspectibus ho-

bus hominum, ibi vsq; memineris Deum ac sanctos angelos tibi esse presentes, & ita omnia agas quasi ipsos corporaliter tibi cerneris adstantes, atq; ita honestatem primum apud remetipsum in priuato seruare discas, quam seruare debeas in propatulo, quo per eiusmodi sedulitatem & prouidentiam commodius huic virtuti adsuescas. Vbi vero quippiam hac in re peccaris, hic protinus seuerum quendam tui ipsius apud Deum ages accusatorem & increpatorem, & tuum agnoscens cum humilitate reatum, diuinam orabis bonitatem, hanc noxam, qua vel ipsam vel proximum offendisti, benignè tibi dignetur ignoscere.

II. Sacrae nostrae religionis ceremonias maxime ad cultum pertinentes ecclesiasticum, ut sunt inclinationes, genuflexiones, prostrationes, prostrationes, manuum coniugationes, multa cura studebis obseruare, interim tamen multo sollicitior, ut intus praestes animo, quod foris exhibes corpore. Veluti dum ceruicem demittis: dum genua solo applicas, dum toto te corpore prosternis, ut toto tunc affectu te ipsum intus Deo submittas, humilians te sub potenti manu ac voluntate ipsius, simul incomprehensam gloriosam & altissimam illam adorans maiestatem,

R in cui

DE PROBITATE

cui omnis subiicitur creatura, & sine qua ni-  
hil omnino potes.

III. Caue etiam ne per eiusmodi ceremo-  
nias vanam humanarum laudū auram cap-  
tare studeas, nèue propter ipsam morum ho-  
nestatem pro ciuili & aulico haberi cupias.  
Præterea cauebis ne quid agas ritu aliquo  
insolentiori præter receptam consuetudinē  
locorum seu personarum quibus cum versa-  
ris, & ne ob peregrinos tuos mores quempi-  
am fortassè offendas, tanquam qui videri cu-  
pias, aut cæteros à tuis moribus alienos re-  
prehendere satagas: quin potius in omnibus  
semper rationem habeas syncerè & colum-  
binæ simplicitatis, hoc est in omni actione  
synceram habeas intentionem.

III. Sollicitè insuper abstinebis ab om-  
ni cuiusuis hominis vel eiusdem tecū sexus,  
quamlibet esset probatæ vitæ, atq; adeò arc-  
tissima tecum necessitudine coniuncti con-  
tractatione, sicuti sunt mutua illa cum incestu  
manuum sodalitas, lacertorum in alterius  
collū iniectio, menti demulsio, collusio, pal-  
pitatio, poyisma, titilatio, & id genus aliq;  
illeberales contactus: qui non modo indeco-  
ri, verum etiã nonnunquã sunt humanæ con-  
ditionis fragilitati periculosi, quod ipsa fa-  
cile in plerisq; commoueatur ad impudicos  
affectus,

affectus, vnde pudicitiae sponsus Iesus facili-  
citer potest offendi.

V. Omni tēpore cauebis ne in ijs quæ ad deuotionem extrariam, vel ad communem spectant Dei cultum inter cæteros sis singularis, maximè tamen in publico. Neq; enim id multū cōfert ad veram pietatem, sed nec magnoperè prouehit deuotionem internā, magnam verò occasionē præbere potest vanæ gloriæ, & plerunque etiam multā habet hypocryseos noxam sibi coniunctam, dum quis propter id religiosior haberi cupit quā re vera sit. At in virtutibus sublimiorib; vt in amore in deuotione animi, in beneficētia in humilitate, in tollerātia & huiusmodi alijs summis nisibus studebis peculiariter esse insignis: nec ob cuiusquā obloquutiones isthuc tuū studiū aliquādo remittes. Nemo enī gloriose coronabitur in regno cœlesti, nisi qui singulariter virtutibus fulserit in regno terrestri.

Quod incessus hoīs debeat esse puidus et cōpositus. ca. 8.

**N**ecessum est præterea hominem promouere cupientē prouidū atq; cōpositū esse in omni suo incessu, non solū vt hac in re decentē seruet modū, verū etiā vt in eūdo sit prouidus, ne videlicet quoquā nisi quò vocat necessitas, se recipiat, alias verò semper quantū fieri potest quietē querat.

R iij

Con-

Vide Spec.  
mon. in op  
Ber.

## DE PROBITATE

Incessus de  
cens.

Congruus incedendi modus in hoc situs est, si incessus nec sit præpoperus, qualis est cursorum, nec lentus, qualis esse consuevit ignauorum & somnolentorum: ad hæc si incedatur non erecta ceruice, non obstipato capite non capite concusso, non corpore, brachijs, aut lateribus alternatim retortis, non gradu duplicato, qui mos est splendidè nutritorū caballorum, sed gradu medie inter celerem & tardum temperato. Quippe incessus tardus argumentum est superbix, incessus vero præpoperus speciem præfert leuitatis, aut inquietudinis. Quinimo impetuofus ille ad rem aliquam procursus, quasi alias nunquam tempestiue ad eam perueniendum sit, magnum præstat internæ quietis & tranquillitatis animi, & spiritualis cum Deo vnionis impedimentum. Videndum tamen semper quid requirat necessitas vel ratio, festinum ne incessum an tardiusculum. Semper vero & ubique quantum fieri potest contendendum tibi, vt siue in motu siue in quiete Deo possis per contemplationem adhærere, ne forte iacturam aliquam incurras diuini amoris seu spiritualium donorum, quæ facile consueuerunt amitti. Proinde cauendum, ne quis gressum sibi fingat imitatitium, quod is facile deprehendi possit non aliunde proficisci quam

ei quam ex affectu placendi huic mūdo, aut  
 ab arrogantia, aut hypocrisi: quemadmodū  
 hoc ipsum testatur sapiens dum ait. Ex visu  
 cognoscitur vir, & ab occurſu faciei cogno-  
 scitur ſenſatus. Amictus corporis, et riſus dē-  
 tium, & ingreſſus hominis enunciat de illo.  
 Per ea enim quæ foris exhibentur, ſiue eade-  
 cora ſint, ſiue indecora, facile perſpicit vir  
 cordatus quid intus geratur in animo. Iam  
 quod ad prouidentiam attinet ipſius inceſ-  
 ſus, ſolicitè ſemper proſpicere debet, quo  
 quis ſeſe recipiat, quo ſpectet, quæ cauſa im-  
 pellat, quale hominum genus adeat, qualeis  
 habiturus ſit comites. Horum omnium atq;  
 aliorum ſimilium rationem inire debemus,  
 primum ne de nobis dicatur, qđ habet ſcri-  
 ptura. Viam pacis neſcierunt, & non eſt iudi-  
 cium in greſſibus eorum, deinde propterea  
 quod Deus diligentiffimus ſit explorator  
 noſtrarum omnium tum cogitationum tum  
 actionum, dinumerans (ſicuti teſtatur Iob)  
 greſſus noſtros tam bonos quam malos, ob-  
 ſeruanſq; omneis ſemitas noſtras, et veſtigia  
 pedum noſtrorum conſiderans. Præterea cū  
 geſtus omnes extrarij ex corde proficiſcan-  
 tur tanq̄ ex quodam fonte ſeu radice, vnde  
 ſecum vel bonitatem trahunt, vel prauita-  
 tem: æquiſſimum eſt, vt quiſq; in omni ſua  
 actione

Eccle. 19. d.

Inceſſ. pro-  
nidus.

Ieſa. 59. b.

Iob. 14. d.

34. c.

Iob. 13. d.

DE PROBITATE.

actione prouidus sit & circūspectus: ne quicquā agere, aut proficisci quoquā contingat temerè aut inconsultè, iuxta consilium illud Sipientis ita nos adhortantis. Oculi tui re-  
 Pro. 4. d. cta videant: & palpebræ tuæ præcedāt gres-  
 sus tuos. Dirige semitas pedibus tuis: & om-  
 nes virtute stabilientur. Hoc est, prospice ti-  
 bi semper quocunq; te decreueris recipere,  
 ne sicubi fortè dispendium aliquod feceris  
 animæ tuæ, sera tandem corripiaris pœnitu-  
 dine: sicuti magno suo malo Dauid, deambu-  
 lauit in solario domus suæ, Thamar sedit in  
 2. Re. 11. a. biuio, & soror Absalon, conclaue ingressa  
 Gen. 38. c. est Amnon fratris sui.  
 2. Re. 13. b.

Quam vtilc sit necessitudinem habere cum homi-  
 nibus probis. Cap. 9.

2. Re. 30. b. **S**edulò itaq; nobis prospicere debemus  
 diuinum semper (exemplo Dauidis) ex-  
 petentes & sequentes consilium. Atque  
 hoc quidem faciemus primū si toto pectore  
 conuersi ad Dominum illud verè dicamus  
 quod idem dixit propheta Dauid. Audiam  
 Psa. 84. quid loquatur in me Dominus Deus, deinde  
 si sedulò vitemus & loca et pariter homines  
 ipsos vnde nobis possit conscisci pernities.  
 In primis autem expendendum quale sit so-  
 dalarium, & cuiusmodi sint hoēs quos decre-  
 ueris adire, aut quibus cum erit cōuersandū.  
 Nam talis quis efficitur, qualis est is qui cū  
 vera

versatur. Fieri enim haud potest, ut consue-  
 tudinem habeamus cum homine palam impro-  
 bo & ita pio sine aliquo animae nostrae dispen-  
 dio: sicuti fieri nequit ut quis diutius adsistat  
 igni, & igne ipso non incalescat, aut ollam  
 frequentius contrectet nigrore undique con-  
 sperfam, & ab ipsa nullam sibi contrahat la-  
 bem. Quippe verissimum est, quod protulit  
 Sapiens. Qui tetigerit picem, inquinabitur  
 ab ea, & qui communicaverit superbo induet  
 superbiā. Unde etiam Boetius. Quae inquit  
 pestis efficacior ad nocendum quam familiaris  
 inimicus? Contra vero nihil est in rebus mor-  
 talium conducibilius ad instillandam probi-  
 tatem, quam consuetudinem habere cum probis:  
 primum quod illorum colloquia actiones & ge-  
 stus omnes, exempla sint virtutum: deinde  
 quod proborum benevolentia virtutum so-  
 cietatem amicis adferat, iuxta illud Amicorum  
 omnia communia. Ad haec pro peculiari-  
 bus amicis peculiareis etiam praeces expro-  
 mere consueverunt, Adde etiam quod vir-  
 tus ipsa longe facilius discatur exemplis pio-  
 rum viuis, quam scriptis prudentium virorum  
 quodammodo mortuis. Plus enim viua vox  
 & convictus quam oratio prodest, sicuti et vox  
 ipsa concionantis non paulo acrius ferit audi-  
 toris animum, quam libri ipsi, preceptoris muti.  
 Hinc

Eccle. 1. a.  
 Boe. li. 3. de  
 co. phi. 5.

Pithagoras  
 γὰρ τῶν  
 λωρ κοινῶν  
 Senec. ep. 6  
 Hie. ad pau.  
 li. t. 3. ep. 1  
 Habet reso-  
 cio quid  
 latentis  
 ἐνεργίας  
 ua vox: &  
 in aures di-  
 scipuli e  
 autoris ore  
 transfusa  
 fortius so-  
 nat.



Augu. Hinc beatus Augustinus. Si paupertas an-  
 git, si luctus mœstificat, si dolor corporis in-  
 quietat, adsint boni homines, qui non solū  
 gaudere cum gaudentibus, verum etiam fle-  
 re cum flentibus norūt: & salubriter alloqui  
 & colloqui sciunt: per hoc plurimum illa a-  
 spera leniuntur, grauiare releuantur, superan-  
 tur aduersa. Profuerit quoq; consuetudinē  
 habere, & nonnunquam etiam colloquium  
 miscere cum ijs qui pietatem amantes com-  
 muni tecum ducuntur affectu, qui aut probi  
 sunt aut certē ad probitatem contendunt: ea  
 iusmodi enim mutuo se iuuare, & alterutrū  
 ad virtutem extimulare consueuerunt. Ete-  
 nim quum diuersi diuersis sint præditi doti-  
 bus, & quum huic fortasse aliquid peculia-  
 ris doni concessum sit, quod alij sit negatū,  
 mutuis debent officijs vicissim alij alios pro  
 diuersorum ratione munerum iuuare. Vix  
 enim reperias qui non itidem dicere habeāt  
 quod dicebant apostoli iam tum ciuitatem  
 Emmauntem ingressi. Nonne cor nostrum  
 ardens erat in nobis dum loqueretur in via,  
 & aperiret nobis scripturas? Verba diuina,  
 potissimū ē pectore prolata viri sancti op-  
 pido sanē sunt ignita, ac mirum in modum  
 colloquentium animos probantur accende-  
 re: quemadmodum hoc ipsum palam osten-  
 dere

Luc. 24. c.

dere possunt veterum quorundam patrum aliquot historiæ, qui quum in mutuum de rebus cœlestibus incidissent colloquium & sui obliuiscerentur & temporis, noctes æquantes diebus, & dies iungentes diebus, idque interdum nec cibo sumpto, nec somno, ita toti diuina quadam flamma per sancta illa de rebus cœlestibus inardescerent colloquia. Proinde tu quisquis es, qui aridum te & torpidum deprehendis in amore erga deum, optimorum semper quære contubernium: amicitiaæ fœdera iunge, & frequenter congregere cum probatissimæ vitæ hominibus, vt pectoris tui domicilio Dominus dignetur benedicere, non secus atq; benedixit domui Phutipharis Aegyptij propter contubernium sancti patriarchæ Ioseph, quæ pretio cõparatũ in suã adseruerat familiã: deinde etiam vt quemadmodum Laban oppibus affluere cœpit simul ac conuictorem habere meruit venerandum patriarcham Iacob, dicti Ioseph parentem, ita tu diuitijs cumuleris spiritualibus. Quantam autẽ habeat efficaciam contubernio aut consuetudine vti virorum probatorum, palã liquet vlex Regnorum voluminibus: nimirũ ex illo quod contigit iniquo Regi Sauli Davidis persecutori: & ipsius Saulis nũcijs emãdatis

Gene. 39. a

Gene. 30. d.

DE PROBITATE

2. Reg. 19. d
 datis ad capiendū Dauidem, qui vtriq; pro-  
 phetasse scribuntur simul atq; iunxerunt se-  
 se prophetarum cœtui. Misit enim Saul (in-  
 quit scriptura) lictores vt raperent Dauid,  
 qui quum vidissent cuneū prophetarū vati-  
 cinantium, & Samuelē stantem super eos, fa-  
 ctus est etiā Spūs Domini in illis, & prophe-  
 rare cœperunt etiam ipsi. Quod quū nuncia-  
 tū esset Sauli misit & alios nuncios, prophe-  
 tauerūt autē & illi. Et rursū misit tertios nū-  
 cios, qui & ipsi prophetauerūt. Abijt etiam  
 ipse in Ramatha & venit vsque ad cisternā  
 magnam, quæ est in Socho & interrogauit  
 & dixit. In quo loco sunt Samuel et Dauid?  
 Dictūque est ei. Ecce in Naioth sunt: & am-  
 bulabat ingrediens, & prophetabat vsq; dū  
 veniret in Naioth in Ramatha. Et expolia-  
 uit etiam ipse se vestimentis suis, & prophe-  
 tauit cum ceteris coram Samuele, & cecinit  
 nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit  
 prouerbium. Num & Saul inter prophetas?  
Iuue. sat. 2. Aspice quid faciant commertia.

Quam perniciosum sit consuetudinem habere  
 cum improbis. Cap. 10.

Psal. 17.
**Q**uā periculosum sit cōsuetudinē habe-  
 re cum improbis mysticus nobis psal-  
 tes manifestat, dum post illud Cū san-  
 cto sanctus eris, continuo subiungit,  
 &

& cum, peruerso peruerteris. Quū autē corrupta hominis natura semper pronior sit ad malum quam ad bonum, ferè sit vt plus ad nocendum valeat consortium malorum citiusque rapiat ad impietatem, quàm od virtutem iuuet et flectat consortium proborū. Rem enim bonam corrūpere ac deprauare quā malam reparare & reconcinnare longè procliuius est. Hac de causa introducturus Dominus filios Israel, seверо edicto interfici *Num. 33. 61.* ac dispergi iussit vniuersos terræ illius in habitatores, atq; adeo oēm vetuit populo suo cum prophanis illis nationibus amicitiam, idq; sub hac interminatione. Si nolueritis in *Ibidem. g.* interficere habitatores terræ qui remāserint: erunt vobis quasi clauis in oculis, & lanceæ in lateribus: & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ. Et quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciā. Quod ipsum etiam rei ipsius probauit euētus. Quū enim relictī essent non pauci ex prophanis illis, partim ex populi israelitici ignauia, qui pro viribus conatus non sit illos prorsus dispellere, partim ex diuina permissione quæ illis vtī voluerit ad probādā et exercitandā populi sui virtutē atque cōstātiā, & ad declarādū, an ex sincero amore & ex toto pectore Deo adhereret, an secus grauissimis tādē.  
Dei

## DE PROBIDADE

Dei populus iuncta iam cū prophanis amicitia ab eisdem attritus est afflictionibus. Porro quod populo Israelitico vsuuenit, de relictis ei ad exercitium aduersarijs, idem & hodie contingit religiosis omnibus sodalitijs atq; collegijs: quæ nunquam fere sunt sine impijs & imperfectis. Qui pijs quidem & perfectioribus magnam semper præstât insignium meritorum occasionem, dum illorum improbitate, istorum probitas, tolerantia, humilitas, benignitas, cæteræq; virtutes probantur & exercentur: imperfectioribus vero & incipientibus magnum adferunt virtutum dispendium. Quam ob rem eiusmodi tyrones ab illorum qui improbitatis sunt moribus communiōe, studiose sese debent quatenus fieri potest subducere, ac sedulo eos qui scurriles sunt verbis, qui leues salibus, qui risu & cachinnis dissoluti declinare. Impossibile enim est, vt cum istiusmodi versantes tranquillitatem pectoris, morumq; grauitatem, quæ non nisi continua seruantur sedulitate, possint tueri. Heu væ, atq; iterum væ ei, qui perditorum hominum prorsus nihil veretur vti consuetudine, quum ne citra illorum quidem cōmercium vix liceat esse probis. Quinimo vt omnium etiam mortalium vites consortium,

vel

vel sic tandem vix ad tranquillam illam pa-  
 cati animi perueneris vnitatem: quanto mi-  
 nus si in tumultuosam verferis inquietorū  
 & improborum turba? Atqui si talium cō-  
 mercium fugere potes nec fugis, sed poti-  
 us ipsorū consortio aut ineptijs temet oble-  
 ctas, etiamsi ipsos in suis imitari nolis, Deo  
 tamen hac in re nō mediocriter displicebis  
 sicuti multapassim probare possunt scriptu-  
 re loca, palam testantia, que admodū pro-  
 borum cum iniquis commercium vel Deo  
 ipsi sit maximè inuisum nedū perniciosum  
 probis. Liquet hoc in Iosaphat rege alio-  
 qui optimo: qui amicitia iunctus, & suppe- 2. par. 22. a.  
 tias ferens impio regi Achab, grauius Deū & 19. a.  
 scribitur offendisse: eoq; durā hanc à Domi-  
 no per prophetam quendā audiisse increpa-  
 tionem. Impio prebes auxiliū, & ijs qui ode-  
 runt dominū amicitia iungeris: & idcirco  
 iram quidem Domini merebaris, sed bona  
 opera inuenta sunt in te & cæt. Huc etiam 2. Par. 25. b.  
 pertinet quod Dominus regi Amasie ex-  
 peditionem adornanti vetuit ne in pugnā  
 proditurus conductum sibi exercitum iun-  
 geret militum israelitarū, propterea quod  
 Dominus non esset cum illis. Ex his facile  
 perspicere & animaduertere quisq; potest,  
 quā periculosum sit amicitia iunctū esse cū  
 S impijs

DE PROBITATE

Gen. 27. 28

ibid. 28. c.

Tob. 3. c.

Ber.

Eccle. 1. a.

impijs: aut versari inter eos, qui Deum non  
 quarunt ex toto animi affectu. Exemplum  
 itaq; nobis proponamus ipsum patriarchā  
 Iacob, qui matris sequens consilium, vel ar  
 repta fuga nō dubitavit fratris sui Esau de  
 clinare contubernium: vnde etiā idoneus ac  
 dignus effectus est visitationibus ac reuela  
 tionibus diuinis. Quæ res ad nostrā scripta  
 doctrinā, figurā nobis prætulit, quod is di  
 gnus reddatur reuelationibus atq; afflatib<sup>9</sup>  
 diuinis, qui nouerit sese subducere cōsortio  
 leuiū & ineptorū. Fieri enim haud potest,  
 vt quis voluptatem capiens ex ridiculis, fu  
 tilibus aut obscenis, simul etiam intus visita  
 tionibus potiatur & afflatibus consolatio  
 nibusq; diuinis. Huius rei Sara illa Tobie  
 iunioris vxor insigne in se præstans exēplū,  
 ita Dominū scribitur in sua præcatione ap  
 pellasse, Nūq; cū ludētibus miscui me: neq;  
 cum ijs qui in leuitate ambulant participē  
 me præbui. Virum autē cum timore tuo, nō  
 cū libidine mea cōsensi suscipere. Vnde et  
 am Ber. Inter bonos inquit bonorū esse salu  
 tē habet: inter malos vero etiā laudē. Illud  
 tantæ fœlicitatis est quātæ securitatis: hoc  
 tantæ virtutis quantę difficultatis. O quale  
 nēpe est illud, tangere picē, & nō inquinari  
 ab ea: In igne sine lēione versari. Te appel  
 lo quisquis recens spirituali militiē inuitatus

es q̄ seruū aut ancillā profiteris Christi: ōne  
 defugito impar contubernium: vndiq; tibi  
 prospicito: nullibi gētiū est securus, nusquā  
 tutus, Caue vsquā audaculus sis: caue te so-  
 dalitio tradas hominum malè feriatorū aut  
 parū mortificatorū: tuā ipsius cōtēplare im-  
 becillitatem, ne te cōmittito discrimini, cui  
 te maturè potes subducere. Caue leuiculū  
 quid arbitreris leuiū hominū interesse cæti-  
 bus, consolatiunculas sumere ex inanibus  
 verbis, ex salibus, ex risibus, ex dicterijs, ex  
 lusibus ex iocis, quādoquidē hoc nō est mū-  
 dū fugere, sed quū speciē promittas religio-  
 nis, mūdū sequi, nō seculū relinquere sed ā-  
 plecti, deniq; nō egyptū deserere, sed semel  
 desertū repetere. Hac de re loquēs insignis  
 inter priscos patres Heraclides ait. *Suadeo*  
 tibi serue Dei, vt omni virtute mētis diffu-  
 gias eorū cōspectū atq; colloquiū, quorū cō-  
 trariū est bonæ vitæ ppositū. Quoniā & si  
 nulla eorū legiōe maculeris morū p̄bitate  
 munitus, certè vel leniter aut resolueris vt  
 securior, aut erigeris vt melior, & irridebis  
 aut vituperabis taleis, q̄ nō sine tua noxa fe-  
 cisse cognosces. Sūt tamē hæc ipsa sanè in-  
 telligenda, nimirū vt cōsuetudinē quidē vi-  
 temus imperfectorū & mundanorū vbi fie-  
 ri potest, sed maximè in conuersionis pri-  
 mordijs: & quā diu sumus & ipsi imperfecti

Heracli.

S ij

&amp; im-



DE PROBitate

& imbecilles, etiam si iam multis retro annis viam Domini finis ingressi: neminem vero fastidiamus aut abiciamus, si quando nos ratio aut necessitas cogat cum eiusmodi versari aut miscere colloquia: sequentes hac in re Senecæ doctrinam ita suo amico scribentis. Recede in te ipsum quantum potes cum ijs versare qui te meliorem facturi sunt illos admitte quos tu poteris facere meliores.

Seneca ad  
Lucil. ep. 7.

Breues institutionum de ratione exaudi & versandi foris. 1.

**Q**uacumque ex causa aliquo te decreueris recipere, primo semper perfectionis tuæ causam studiosè Domino commenda: neque quoquam prodeas nisi sancta aliqua premunitus præcatione: imo quod maius est vel orans, ac pio aliquo exercitio vacans egredere, tanquam corde tendens ad cœlestia: quo sic te Dominus tueri & cum prosperitate & sine animæ, seu spiritualis profectus dispendio dignetur reducere.

Quod sanè haudquaquam fieri posset, sine peculiari diuini numinis ope: maximè quum tot vndique sint obuia discrimina, vnde non sine detrimento aut contagio aliquo te queas explicare, quemadmodum grauitè scribit

Sen. ep. 7.

Seneca ita inquit. Ego certè confiteor imbecilli-

becillitatem meam. Nunquam, mores quos  
extuli refero. Aliquid ex eo quod compo-  
sui turbatur. Aliquid ex ijs qui fugavi redijt.  
Quid me existimas dicere? Amariore-  
deo, ambitiosior, luxuriosior: imo vero cru-  
delior & inhumanior quia inter homines  
fui. Hinc rursus Quoties ait inter homines  
fui, toties minor homo redijt. Minor pieta-  
te, minor trāquillitate cōscientiæ, minor pu-  
ritate. Hæc itaq; facientem, sicque deuota  
teipsum præce premunientem non dedigna-  
bitur Dominus Iesus te dirigere: & angelus  
tuus sanctus sollicitius te studebit conserua-  
re, quemadmodum Tobia iuniore conserua-  
uit angelus præmunitum pia præce To-  
biæ senioris, cuius ille per omnia parens cō-  
silio, non solum omne euasit discrimen, ve-  
rum etiam domū reuersus est & vxore si-  
mul & magnis ditatus facultatibus.

II. Vbi te necessitas cogit prodire in Pro. 4. d.  
publicum omni custodia arcanū serua cor-  
dis tui thesaurum, & quærto semper vbi  
vales desidera vero vbi non vales solitudi-  
nem, ita vt citra euidentem necessitatem  
ipsam seu preciosam amicam omnisq; reli-  
gionis fructiferam matrē nusquā deferas.  
Nam vt pisces diu benè esse non potest exē-  
pto aquis, nec volucris recens æditæ sublatæ

Sij enidulo,

DE PROBITATE

*Sen. ep. 7.* ē nidulo, ita nec religioso præsertim monacho diu bene esse potest diutius quā necessitas postulat agēti in publico. Qua propter iuxta Senecę præceptū, fuge semper turbā seu multitudinē, imo paucitatē, imo etiā hominē solū, & caue apud vllū diutius quam par est hæreas. Solitudo & vnitas maximè tibi necessaria est, vtpote qua sine tuo damno diu carere non possis. Raro sine iactura hanc deseres: raro sine ingenti cordis amantudine ad hanc reuerteris.

III. Si procul est eundū, & ad prolixā aliquā te paras profectiōnē, sumpta hinc occasione cogita pgressum illū virtutū spirituale duraturū toto vitæ tuæ tēpore. Cogita peregrinū te in regione hac aliena pperantē ad ciuitatē Ierusalē cælestē, vnde fortasse porro abes. Nā vt longo vixeris tēpore multosq; exegeris annos fortasse vel magna ex parte viæ es oblitus, vel magis regressus es q̄ pgressus. Ideoq; altissimū deprecare vt ipse te dignet ptegere, nō mō in itinere hoc corporali, verū etiā multo magis in itinere spirituali, ita cū ppheta dicēdo. Gressus meos dirige secūdū eloquū tuū, (hoc est, iuxta legis tuę prescriptū) & nō dominetur mei oīs iniustitia, & rursus cū eodē **Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veri-**

*Psa. 118.*

*Psa. 35.*

In veritate tua. Vel apprecare Dominū vt psa. 17. 69  
 præcingat te virtute & ponat immaculatā Hab. 1. d.

viā tuā, vt perficiat pedes tuos tanquā ceruonū, & super excelsa deducat & statuatur te: hoc est ad culmen te perducatur virtutum, in quo mentes constituit angelicas, quæ altissime sunt diuini amoris perfectiōe sublimare  
 III. Si iter periculosum & sordidū arripie dū est, in mentē tibi subeat iter vitæ præsentis multis vndiq; periculis expositū, & varijs contaminatū sordibus peccatorū, atq; huius rei ex animo subducta ratione, cū mestitudine cordis, id à Deo præcib' impetrare stude, vt & te comitari, & à lapsu dignetur præseruare, deniq; vt tibi largiri dignetur per fallax & contagiosum hoc seculū citra animæ tuæ legionē & cōtagiū pertrāsire.

V. Ad ædē sacrā aut ad officiū ecclesiasticū iturus, cor tuū diligenter præpara, disturbabis inde omnibus extraneis cogitationibus, quæ quoquo pacto tibi possent in diuino cultu incōmodare, vt ita Deum colere & adorare etiam pijs cogitationibus queas nedū labijs oris. Huc enim te Sapiens hortatur dū ait. Ante orationē præpara animā Eccle. 18. 6.

tuā: & noli esse quasi homo qui tētatur Deū. Tāquā si dicat. Quicquid in te posset Deo displicere, ne cūcteris id prin' abijcere & diligenti

S iij

ligenti

DE PROBITATE

ligenti discussione impiam tuam perscrutans vitam, si quid deprehēdas noxæ maxime si quid offendas criminis tetricioris conscientiam tuam præmentis, mox illud pro virili parte studeas peculiari aliqua cordis compūctione expiare, sumpto certo proposito deinceps nō relabendi, alioqui haud quaquam Dominus te est auditurus.

VI. Templum vero iam ingressus, primo omnium oculos sustolle in crucem illā dominicam, quæ sublimiorem & medium fere occupans templi locū, in ipsius chori sita est frontispicio. Et crucifixum contemplans oculis cordis, tecum reputa quam paratus sit obuijs illis & passis in cruce vlnis vnumquēq; excipere: item quomodo eiusmodi figura omneis nos adhortetur & extimulet ad sui imitationem per verā penitentiam, humilitatem, paupertatem, & mundi huius contēptum, deniq; quomodo excitare nos gestiāt per ingestam animo nostro passionis suæ memoriam ad recipiendū sui amorem.

VII. Iturus ad sacram concionem, ne committas quin prius Deū precibus sollicitus ad impetrandam gratiā, quæ mentem tuā, & animæ tuæ aures, hoc est intellectum diuino quodam fulgore illustret atq; aperiat  
quum

quum ad vtiliter capiendā, tum ad salutari-  
ter retinendā, quæ salutis tuæ sunt necessa-  
ria. Peculiariter autem diuinum illum tibi  
inuocato Spiritū, cuius numine sancti Dei  
homines afflati diuina nobis tradidere elo-  
quia, vt eiusdem Spiritus illustratione ip-  
sius possis traditiones apprehendere.

VIII. Vbi vero animi causa est egredien-  
dum, veluti ad expatiandum, ad captandū  
aërem, ad visendos amicos, ad conuiuium  
quo fortè vocatus es peragendū: vnde for-  
tè multum tibi occurret vanitatis, prius te  
diligenter armare studè clypeo prouiden-  
tiæ, quo vndique tibi ipsi vigilanter prospi-  
cias: maximè tamē oculis & linguæ: illis qui-  
dem ne diutius hominem quempiam adspe-  
ctes, huic vero ne intēperanter verba vspi-  
am fundites, sed quatenus fieri potest in ser-  
mone te parcum exhibeas. Quod si vero  
quis vana quædam aut scurrilia multa effu-  
tiat, tu contra pectori tuo sanctum aliquē  
cogitatum ingeras, eo q̄ te ipsum occupes:  
sicuti de beata legimus Cecilia, quod can-  
tantibus in nuptiarum suarum celebra-  
tione organis ipsa in corde suo soli Domi-  
no decantavit, dicens, Fiat Domine cor me-  
um & corpus meū imaculatum vt non con-  
fundar. Præterea si quid audire aut videre psal. n.º.  
contingat,

contingat,

DE PROBITATE

contingat quod insignē aliquā in se habeat voluptatē iucunditatē aut venustatē, hic protinus animo transferaris ad contēplandam inenarrabilē illam iucunditatē & decorem regni cælestis, tecum reputans quārum illic suppetat voluptatū & gaudiorum, quo vel sic alacrius & perfectius calces fluxas omne is voluptates huius seculi.

IX. Semper cū natu grandioribus potius versare quā cum iunioribus. Etenim vt sit iucundius versari cū iuuenibus aut cœnis, vtilius tamē & simul securius est versari cū maioribus: nimirū q; ab his vtpote eruditis multarūq; rerū experiētia edoctis, quip piā scitu dignū audire aut discernere possis deniq; q; hi ferē sint cæteris magis prauis mundi voluptatibus demortui: eoq; minus subest periculi cū eiusmodi habere cōmercium. Quā vero sit perniciosum & periculosū cū iuuenib; iungere cōsuetudinē eorūq; parere consilijs manifestē discimus ex rege Roboā filio Salomonis: q; parū abfuit quin totū suū perdiderit regnū, propterea q; iuuenū potius seq; maluerit, quā cōsiliū seniorū. Prius tamē quā pectoris tui arcanū alicui reueles petiturus ab ipso consiliū, dispi ce diligenter hominis ipsius ingenium vitā et mores, vt ne alij te credas quā religione & prudentia conspicuo. Quippe à melioribus

2. Reg. 12.

melius itē habetur cōsiliū. Quāobrē cauē  
dum tibi ne pręproperus aut pręceps sis in  
pandendo cuiquam animi tui secreto.

De lingue intęperantia, vitio longe pestilētissimo. Ca. II.

**V**T instituti nostri prosequamur argu  
mentū de honestate cōuersationis ex  
traria, hic iam ipsius argumēti cursus  
admonet, vt nōnulla etiā de ratione silēdi  
atq; loquēdi tradamus. Quātū autē habeat  
momēti pręsertim in homine religioso si  
lētū, quantūq; adferat hominis animo trā  
quillitatis, pbē intelligit quisquis rerū spiri  
tualiū est nō prorsus rudis. Lōgē tamē peni  
tius id nouit q̄ huius est virtutis studiosus, &  
ipsa rei experiētia didicit quātū cōferat ad  
obtinendā augēdamq; tranquillā illā vni  
onē animi, & ad cōseruandā cordis puritatē  
& quantum ex aduerso noceat loquacitas.  
Quū aut nullum sit in humano corpore mē  
brū q̄ plura cōmittuntur peccata, quam per  
linguā, (quandoqdē per hanc cōmittitur  
arrogantia, inuidētia, ira, impudicitia, ob  
trectatio: & in sūma oē ferē vitiorū genus  
paratur, atq; adeo etiam in alijs excitatur  
ministerio linguę:) deinde quū tanta sit lo  
quendi p̄nitas, difficile est hoc mēbrū rectē  
moderari, quēadmodū benē testatur beatus  
Iacobus ita scribēs. Lingua inquit ignis est, *Iac. j. b.*  
vniuersitas iniquitatis. Lingua cōstituit in



DE PROBITATE

mēbris nostris qui maculat totum corpus,  
 & inflamat rotam natiuitatis nostræ in-  
 flammata à gehenna. Omnis enim natura  
 bestiarum & volucrum & serpentium & ce-  
 terorum domantur & domita sunt à natu-  
 ra humana: linguam autem nullus hominū  
 domare potest, inquietum malum, plena ve-  
 neno mortifero. Ex lingua enim ceu ex re-  
 dundantissimo quodam fontē scaturiūt de  
 iuria, diræ imprecationes, blasphemix, mē-  
 dacia, murmura aduersus Deum & prela-  
 tos, iniuriosa inuida & obscæna verba, ob-  
 trectationes, iurgia, falsa testimonia, mani-  
 festæ veritatis impugnationes, semina dis-  
 cordiæ, assentationes, dolosa consilia, recla-  
 mationes, scurrilitas, garrulitas, stultilo-  
 quia, iactantia, excusationes in peccatis, ri-  
 sus, ioci, deceptiones, proditioes, irrision-  
 es, diceria, subsannationes: & plura alia  
 quæ difficile foret percensere: quæ omnia  
 vitari possunt silendo. O humanam socore-  
 diam, quod nulla adhibeatur cura studio re-  
 ctè gubernandæ linguæ vnde tanta scater  
 malorum colluies. Qua frōtè religiosum  
 se aut spiritualem fatetur seu æstimat, qui  
 temperare haud potest suæ linguæ, quem  
 sanctus iacobus dicat, Si quis putat se reli-  
 giosum esse non refrenans linguam suā, sed  
 seducēs

Isa. 3. d.

seducens cor suum huius vana est religio. Porro quanquā hæc pertineant pariter ad omnes potissimum tamen dicuntur novitijs & iuuenibus, qui fere magis consueverunt esse linguæ vitio obnoxij, nimirum prompti ad loquendum, & ad tēpestivè prudenter aut vtiliter loquendum parū instructi. Heu quid eloquar de tanta linguæ perniciē, de tanta hominū incuria, de tanta hac in re intemperantia, quæ Christi Spiritum extinguit, quæ omnia virtutum semina in mente hominis exicat, quæ germina producit omnis impietatis, quæ monachū reducit in ægyptū, ex religioso faciens hominem mundanum: breuiter quæ quicquid est in homine tranquillitatis & bonæ frugis longo tandem vsu magnoq; studio comparatum, vna simul hora perdit & dispellit. Quam sit autē præclarum parcū esse in loquēdo & diuitē in silendo, vel hinc liquet Pro. 17. d. quod stultus si tacere sciat, reputetur sapiens, & si comprimat labia sua habeatur intelligens: & ex aduerso sapiens si multæ sit loquacitatis habeatur pro fatuo & illaudato: quandoquidem omnibus persuasum est taciturnitatem ipsam ad verā sapientiā & ad veram pertinere virtutē. Quāquam interim cernas qui nihil loquantur, quoniam quod

DE PROBITATE

**Eccle. 29. 2.** q̄ dicant nō habēt. Est enim tacēs & nō habens sensum loquel̄. Legimus de viro q̄dā insigniter prudēte, q̄ fortē in sodalitatē quā dā inciderit egregiē illiberalē, & multis s̄ce dissermonib⁹ sordidam: vbi quum nihil omnino loqueretur, eoq; rogaretur, cur ceteris esset taciturnior: cur nō itē aliquid ediceret ad exhilarādā sodalitātē, ita respōdit. Taceo. q̄a quē hic cū voluptate audiūt nec ipse noui, nec me decet p̄ferre: quē veronoui & me deceret p̄ferre, hic scio nō audiēda

De ingenti vtilitate ipsius silentii. Ca. 12.

Pythagoricorū disciplina erat tacere quin quēnium.

**Q**uanta vtilitas proficiscat̄ ex prudētis silentio multis doceri potest rationibus. De nonnullis legimus philosophis seu ethnicis magistris, q̄ nullum admitterent discipulum, nisi q̄ certo aliquo annorū spacio imperare sibi posset ab omni eloquio, & auditorē pręstare posset elingūē. Persuasum enim habebant eū fore ad discendum ineptum, q̄ haud posset imperare linguę. Sanē res ipsa clamat dolio pertuso aut rimoso nihil posse credi: & si quid infundatur, mox corrumpi effundi ac perire, tantū abest vt possit cōseruari. Quisquis ergo vnā cum Christi discipulis à diuino Spiritu, sapientia cupit imbui cęlesti, taciturnus sit oportet & ab omni mundanarum rerum stre-

rum strepitu quietus, sicuti erant apostoli in eodē oēs cōclavi, & magna quietudine vni-  
 ti, quum virtute diuini Spiritus induerētur  
 ex alto. Huc pertinet & illud q; venerando  
 cuidam patri Arsenio nomine cœlitus di-  
 ctum legimus, quū se diuino cuperet man-  
 cipare obsequio. Tale enim cœlesti voce  
 scribitur audisse oraculum, O Arseni fuge,  
 tace, quiesce. Quæ sanè tria, nempe solitu-  
 do quies & silētiū veluti incōcussum quod-  
 dam fundamētum sunt ædificij spiritualis.  
 Hinc Iesaias. In silētio inquit & spe erit for-  
 titudo vestra. Quantum aut̄ huius silētij so-  
 litudinis & quietis studium habeat momēti  
 & vtilitatis, multorum probat vita sancto-  
 rum & sanctarum: q; se ab omni hominum  
 turba abstractos abdiderunt in solitudines  
 syluas, speluncas & cauernas mortalibus nō  
 tam inaccessas quā incognitas: quo vel sic  
 interna potirentur quiete & cordis atq; in-  
 tellectus cōsequerēt̄ illustrationē & purita-  
 tem. Hanc autē cordis quietudinē nulla res  
 magis impedit vt testis est Iohānes Gerson  
 quā loquutio superuacanea nedū impia. Ni-  
 hil inqt quieti mentis & contēplationi plus  
 insidiosū, nihil ita præciosissimę rei tēporis  
 scilicet consumptiuū, nihil postremo perfe-  
 ctioni scholasticorum aliunde probatorum  
 plus

Act. 2. 20

In Vitis  
 Patrū li. 4.  
 Par. 20

Ies. 30. 23.

Gerson p̄  
 pri. in epi.  
 ad studēt.  
 Nauerre.

DE PROBITATE

plus obuians, quemadmodū colloquia non solum praua quæ corrumpunt bonos mores, sed illa etiam quæ superflue diuq; protrahuntur, aut super rumoribus vulgo volitantibus, aut super ludicris pluribus & ineptis fabulationibus, aut super contentionibus hominum in aduersa tendentiū. Sed quis digne verbis consequi queant virtutis huius excellentiam & vtilitatem: & quam Deo gratus sit homo taciturnus & solitarius? Atqui nullis quā huiusmodi familiarius inuenitur Deus sui fecisse copiam. Moses primum cum Deo colloquium nactus est, quum in interioribus ageret deserti, soceri sui oueis pascens. Elias diuinam promeruit reuelationem in spelunca ab omni hominū commercio elongatus. Venerabilis illa virgo Maria cœlestæ nūcium & simul Dei Filium Christum excepit solitaria in suo conclau. Vnde Ieremias, bonū est inquit prestolari cū silentio salutare Dei. Huc accedit quod omnes ferè diuinæ apparitiones oracula & visiones, non nisi in quiete & extra hominū strepitū pijs hominibus leguntur factæ: veluti in solitudinibus, in speluncis, in somnis, in conclauibus: sicuti puer Samuel intempestæ noctis silentio diuino affatu cōpellatus est: nimirum quū in lectulo suo decubans

Exo. 3. a.

3. Reg. 17. b.

Luc. 1. c.

1. Reg. 3. c.

eubans quiete potiretur idq; in templo Do-  
 mini, vbi ministerium præstabat: atq; exinde  
 propheta Domini, ac post etiã populi israe-  
 litici iudex effectus est. Cũ hoc ergo genus  
 hominib<sup>9</sup> Deus libes cõmunicare cõsuevit:  
 hos plerunq; inuisere, hos solari, hos peculi-  
 arius sua gratia dignari consuevit. Apud hu-  
 iusmodi quum omnia sint quietata nihil De-  
 us offendit, quod diuinam suam appellatio-  
 nẽ interrumpat, aut familiaritatẽ impediatur.  
 Hinc Dominus per prophetã de anima lo-  
 quens spiritali ita ait. Ducam eam in soli-  
 tudinem, & loquar ad cor eius. Quẽ sanẽ so-  
 litudo haud quaquã esse potest vbi frequẽs  
 est strepitus verborum. Hac de re loquitur  
 & Ieremias dum ait. Bonum est viro quum  
 portauerit iugum ab adolescentia sua. Sede-  
 bit solitarius & tacebit: & leuabit se super  
 se. O venerandum silentium: o bonum præ-  
 clarum, quo sine omnia pene pia exercitia  
 sterilefcunt. Quare non iniuria nullum ferẽ  
 deprahendas monachismi institutum quãli-  
 bet etiam laxum, quod non aliquod habeat  
 præscriptum de seruando certis quibusdam  
 temporibus ac locis silentio: quibus nõnun-  
 quam vel a bonis silendum, nedum à malis:  
 scilicet ne cætera pia exercitia quoquo pa-  
 cto interrumpantur. Ah qui nã diuino fruatur  
 T alloquio

Osce. 2. e.

Iere. 1. &amp;

DE PROBIDADE

alloquio, aut diuinam audiat vocē, qui frequens est in compellendis mortalibus, & mentem identidem distrahit colloquijs humanis, maximē quū is sit veluti domus quēsdā omnibus destituta ostijs & clausuris, eoque & liberum omnibus tā hominibus quā animantibus brutis præbens incursum pariter & excursum, & varijs vndiq; exordescens spurcitijs. Quare non immeritò propheta David ita præcatur. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Non declines cor meum in verba malitiæ. Huius rei typum nobis portendit lex illa vetus vbi ait. Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper, immundum erit. Indicat enim hoc sermone scriptura fieri haud posse, vt mundus habeatur apud altissimum, qui nō septus, sed omni remoto repagulo totus expositus est hauriendis fundendisq; sermonibus. Proinde charissimi si gratum Deo cupitis præstare obsequiū, discite constanter continētis esse linguæ: raro quis plus proficit loquēdo quā silendo: raro verbū etiā vtile & honestum profertur, quo nō charius sit silentiū. Quin & Sapiēs testatur in multiloquio nō deesse peccatum Quamobrem si hic expertes esse cupitis multarum periculosarū offensarū: si

hic

Simile.

Psa. 140.

Nu. 19. 6.

Pro. 10. c.

hic esse tuti desideratis à varijs molestijs: de  
 niq; si tandē liberi esse auetis flāmis expia-  
 torijs, desuescite loquitari, & adsuescite sile-  
 re. De Maria quadā Ongiana traditur, quę  
 parietibus septa vitā egit solitariā in comi-  
 tatu Namurcensi, quod non alio magis no-  
 mine cordis consequuta sit puritatē, & pœ-  
 nas euaserit purgatorias, (quū tamen alio-  
 qui magna esset sanctimonia insignis,) quā  
 quod incredibilis cuiusdā semper fuerit ta-  
 citurnitatis: vtpote quę internū ne vnicum  
 quidem ediderit verbulū à mense Septem-  
 brio ad solennitatē vsq; paschalem.

De disciplina seruanda in loquendo. Cap. 13.

**Q**uum vero rari admodū sunt, qui de-  
 beant aut cōmodē possint silere cō-  
 tinuō: sed magna hominū pars fre-  
 quenter necessario, aliā tamē alijs magis seu  
 minus cogātur loqui, haud abs re fuerit hic  
 rationē aliquā præscribere, certasq; quasdā  
 indicare cōditiones, in ipsa loquutione ob-  
 seruādas. Inter cæteras ergo cōditiones quę  
 nō pauca sunt, prima est decēs loquētis cō-  
 positio: quę in hoc sita est, si ipsius loquētis  
 vultus nō deforme: nimirū si oculi, labia, et  
 reliquę faciei partes indecorē nō distorque-  
 antur: si vox sit nō fracta aut inequalis inte-  
 rim alius interim grauius resonans, sed iū-  
 xta in vtroque, tam in vultu quam in voce

Prima con-  
 dicio loquē-  
 tis.



DE PROBITATE

*Vide specul.* sit dispositio venusta & equalis: si vultus ip-  
*lā. dif. ca. 20* se sit nec plus satis severus nec præter mo-  
 dum alacer, hilaris aut lætus: sed matura  
 quadam hilaritate, seu hilari maturitate,  
 mediè temperatus: præterea si loquens ta-  
 lem se exhibeat foris apud hominem, qua-  
 lem esse oportet intus apud Deum: nimi-  
 rum & hilariter humilem, & cum coniu-  
 cto amore venerabundum. Simul enim  
 utroq; animam ornatum esse oportet quæ  
 Deo sit placitura, videlicet reverentia sine  
 timore, & amicitia sine dilectione. Honorā-  
 dus enim & timendus est altissimus propter  
 suam sublimitatem: amandus vero propter  
 bonitatem. Ad hanc autem severam hilaritatem  
 hortatur nos apostolus dum ait. *Quali tri-*  
*s. Cor. 4. b.* *stes, semper autem gaudentes. Caterum de-*  
 centis huius dispositionis constantia in mul-  
 tis refulsit pijs hominibus, ita ut propter  
 placidum quendam & æqualem semper vul-  
 tus tenorem facile potuerint inter cæteros  
 vel ab ignorantibus dinosci: quæadmodum de bea-  
 to Antonio scribit Athanasius, quod eadem  
 semper fuerit vultus ipsius dispositio, nimi-  
 rum læta, & nihilo minus matura, quodq;  
 hoc indicio dinosceretur etiã ab ijs qui ho-  
 minem nunquam viderant. Simile quid &  
 de sancto Martino legimus, nepe quod ea-

dem

dem semper fuerit vultus constantia, hilari  
quidem illa, sed tamen matura, tam in laetis  
quam in tristibus. At longe diuersum hodie  
cernimus in plerisque: quorum alij vultu sunt  
tam amarulento ac uisiti, vt ob hoc etia sermo  
ipsorum licet alioqui bonus, habeatur  
contemptui: alij vero contra tantum pre se  
ferunt ineptę laeticię, vt sermo eorum qua  
si stultorum reputerur. Est ita hac in re mo  
dus retinendus vtrinque temperatus. In hac  
autem cura maximę sollicitus esse debet no  
uitius quisque, vt talem vultus habitum in  
duere ac seruare adsuescat, qui & ipsum &  
alios alliceat ad virtutem. Per vultum fere  
sele prode re cōsueuerunt omnes motus ani  
mi, quales sunt gaudium, mansuetudo, timor,  
iracūdia, & id genus alij, verum hi ipsi sunt  
studiose per vultus constantiā regendi ac cō  
pescendi, atque ita minus erūt noxi, & facili  
us edomabuntur. Porro toruitas ipsius vul  
tus, & verborū asperitas haud mediocriter  
officiūt fraternę charitati, & facile etiā mu  
tuā pacē lædūt aut perturbāt. Hinc etenim  
nascitur fastidium, auersio, iniqua suspicio,  
indignatio, eoque fere ingratiū redditur, quic  
quid cum austeritate præstatum seu vultus  
seu verborum. Imo nonnunquam tantum  
hac ipsa asperitas offendit, vt gratius foret  
T iij si quod

DE PROBITATE

si quod desideratur placidè & comiter negaretur, quam si cū tali præstetur amarulenta vultus seu verborum. Hic aut̄ summa cura sollicitum esse decet prælatū quēq; ne in admonendis aut corripiendis subditis, plus iusto se exhibeat seuerum, vnde subditi ipsi merito possint turbari aut indignari, estimātes talē vultus seu verborum seueritatē proficisci ex odio, inuidia, aut iracūdia: hinc enim interdū redduntur refractarij, & nunquam etiam seipsis deteriores. Quare etiam diligenter dispiciendum, quinā dulcibus sint verbis inuitandi ad amorē: & rursus qui seuera potius increpatione sint ad timorē exterrendi, atq; ita reducendi ab impietate. Cauendum præterea ne loquentis vox sit clamosa, quod est nō tam indecorū quā etiam audientibus molestū, sed mollis & sedata. Maximè tamē dehonestat religiosi loquutionē vox clamosa & fragosa: quippe quæ inuerecundiā, arrogantiam, aut lenitatem arguat. Qui enim Deo deuotus in optima mentis quietudine colloquens assueuit diuinis, quasi (ad exemplū Moysi) ore illi loquēs ad os, quomodo hic clamorib⁹ se inquietabit, quibus nunquā assueuit, maximè quū & tacēs & loquēs mentis aures arrectas semper habere debeat ad alloquutiones diuinas. Præ ceteris tamē omnib⁹, maximè mo

Num. 12. b.

nachū decet esse in colloquio sedatū humili-  
 le, comē, minimēq; turbulentū amarulentū;  
 ue. Cauere insuper eiusmodi debet ne per  
 suā loquutionē aliquē in sua contēplatione,  
 meditatione, somno, studio, lectione aut pio  
 aliquo cogitatu inquietet: id quod facile fit  
 primū dū verborū nō vitatur asperitas, ma-  
 ximē quū nōnullis quanto quies est maior,  
 tāto facilius turbetur, tantōq; occasio ipsa  
 inquietudinis seu rērationis (quæ facile ex  
 verbis nascitur parū modestis) sit perniciosi-  
 or: deinde dū altior verborū nō vitatur re-  
 sonātia, dūq; oratio ipsa audiet ab ijs ad quos  
 nihil spectat; aut q; grauius aliqd animo per-  
 tractat, q̄ sint verba illa aliunde intēpestiue  
 aurib; ingesta, cuius sanē rei apud altissimū  
 ratio reddenda erit. Adde q; imprudēti faci-  
 le elabit verbulū aliquod duriusculū, vnde  
 magna interdū pficiscitur pernities, & q; nō  
 nunq; magnū prepediet bonū. O vtinā quisq;  
 seriō expēderet quantū ad sit loquutioni pe-  
 riculū, tā in ipsis verbis quā in ipso loquēdi  
 modo, haud dubiū si quis vel micā haberet  
 timoris diuini, quin sibi ab omni imprudēti  
 sermone quā studiosissimē caueret. Mirū sa-  
 nē q; nec nostra ipsorū mala atq; sepius ex-  
 perta incomoda nos doceāt quē ad modū sit  
 cum proximo congregiendum, nēpe quōd  
 nō secus sit aliquis cōpellendus à nobis quā

T iij ipsi

DE PROBITATE

ipsi vicissim compellari cupiamus ab illo.

Quibus de rebus sit loquendum: & de lenium & inho-  
nestarum loquutionum pernitie. Ca. 14.

**H**ic iam videamus quibus de rebus elo-  
qui fas sit, & rursus de quibus verba  
facere nefas habeatur. In primis ergo  
meminisse hic oportet quomodo De-  
us præ cæteris omnibus mundi creaturis  
vni homini duas quasdam peculiareis do-  
tes contulerit, nempe intellectum, & loque-  
lam qua quod intelligit exprimeret. Ex quo  
manifestum fit quod non aliter nobis loquē-  
dū quam pro ratione ipsius intellectus, aut  
pro dictamine inditæ nobis rationis. Qua-  
re etiam Dominus peculiaris huius doni  
nempe loquelæ soli concessæ homini ex-  
celsissimam tandem ab ipso exposcet ratio-  
nem. Ex hoc quoque & illud manifestum fit,  
omnia ociosa & superuacanea verba, quæ  
nec loquenti, nec prodesse queunt audiēti,  
esse prohibita. Quæ non modo vitari de-  
bent propterea quod vtilitate careant, ve-  
rum etiam ob id quod animæ noceant. Sic  
enim Dominus in sacro pronunciat euange-  
lio. Dico vobis quoniam omne verbū ocio-  
sum quod loquuti fuerint homines, reddent  
rationem de eo in die iudicij. Vnde beatus  
Chrysostronus nihil veretur testari cōmen-  
tum esse

Mat. 12. c.

Chry.

tum esse satanae quicquid ab homine ad-  
fertur vanae loquutionis. Et Bernardus ad  
papam Eugenium, Nugae inquit inter secu- Ber. lib. de  
considera-  
tione. .2o  
lareis nugae sunt, in ore sacerdotis blasphemiae. Consecrasti os tuum euangelio, tali-  
bus iam aperiri illicitum, assuescere sacrile-  
gium est. Quod ipsum etiam ad religiosos  
pertinere intelligendum est: qui ad peculia-  
rem quandam cum Deo familiaritatem dele-  
cti sunt, scilicet ad ipsum sedulo laudandum  
benedicendum, venerandum, adorandum,  
non pro seipsis solum, verum etiam pro vni-  
uerso terrarum orbe. Quippe ipsi inter De-  
um & homines mediatores constituti sunt,  
ad offerenda Deo sacrificia spiritualia: quem  
admodum Aaron thymiamata offerebat in Nu. 16. 8.  
media consistens multitudo, & pro popu-  
lo precabatur inter mortuos stans & viuen-  
tes, & tali scemate mediator se declarans  
inter Deum & multitudinem. Hac de re scri-  
bit etiam Ambrosius in haec verba. Non me- Amb. in  
psa. 118.  
1er. 22.  
diocre periculum est, quam habeas tanta elo-  
quia Dei, & Dei opera quae fecit in Gene-  
si, fecit in Exodo, fecit in leuitico, Num. De-  
ut. Iesu Naue, Iudicum libro, Regnorum  
atque Esdre libris, fecit in Euangelio, in Acti-  
bus apostolorum, illis praetermissis loqua- Hactenus.  
Am.  
ris quae seculi sunt, audias quae seculi sunt.

Pudenda

DE PROBITATE

Hactenus  
Amb.

Ber. de tri-  
plici custo.

Pudēda sanè ignauia, non modo nō laudare  
Dominū nec loqui salutaria: verū etiā nec  
tēperare à nugis, quibus nō pauci bonā præ-  
ciosi tēporis partē nihil verentur infumere,  
quū tamen hinc nil sibi parent, quā mentem  
varijs ac vanis distractā atq; oppletā cogita-  
tionibus, & tristē remordentēq; conscien-  
tiā. Et tamen, hoc ipsum pleriq; pro nihilo  
ducūt, nihilq; addubitāt sic sese mutuo hor-  
tari. Impendamus enim inquit hanc horu-  
lā lepidis fabulis, sicq; fallamus tediū tēpo-  
ris. Cōtra quōs ita scribit beatus Bernardus.  
Nemo vestrū fratres parui æstimet tempus  
q; in verbis consumitur ociosis. Siquidē tē-  
pus acceptabile est & dies salutis. Volat ver-  
bū irreuocabile: volat tēpus irremediabile,  
nec aduertit insipiens quid amittat. Libet  
confabulari (aiunt) donec hora prætereat.  
O donec prætereat hora: o donec pertran-  
seat tēpus. Donec hora prætereat quā tibi  
ad agendā penitentiā, ad obtinendā veniā,  
ad acquirendā gratiā, ad gloriam promerē-  
dā miseratio cōditoris indulget. Donec trā-  
seat tēpus, quo diuinā tibi repropitiare de-  
bueras pietatē: properare ad angelicā socie-  
tatē: suspirare ad amissam hæreditatē: aspi-  
rare ad promissā fœlicitatē: excitare remis-  
sam volūtatē: flere cōmissam iniquitatē. Sic  
nimirum,

nimirū, sic agricolæ quū diu desiderata ad-  
 fuerit opportunitas seminādi: sic vinitores  
 quū expectatū tēpus putationis aduenerit  
 inuenisse occupationes, & quasi irreprehen-  
 sibiliter sine opere diē transegisse letantur.  
 Sic instantibus nundinis institores neētere  
 moras, occasiones querere solent, ne quē for-  
 tē sibi ex eis questū prouenire cōtingat. Sic  
 deniq; pauperes mendicantes, cū multis cla-  
 moribus euocatus tandē adfuerit eleemosy-  
 narū distributor, diuerticula captant: & con-  
 currētib; socijs vacuos ambiunt occupare  
 recessus, & fouere latebras in angulis plate-  
 arū. Vtinā tamē vel solū tēpus vitæ amitte-  
 ret in verbis: sed multi in his etiā vitā amit-  
 tere cōprobantur, nec modō ipsi amittere,  
 sed adimere quōq; & hoc fratribus suis. Om-  
 nē ergo tēporis iacturā summopere præca-  
 uere debet, quisquis primis etiā nū vacat  
 sacrę religionis rudimētis: atq; adeo dānum  
 oē optimarū horarū pessimē collocatarum  
 quoad fieri potest resarcire: omnē deniq; pra-  
 uā garrindi & nugandi consuetudinē per-  
 rumpere debet atque deserere: ne videlicet  
 per ipsam impedimentum præstetur gra-  
 tiæ Spiritus sancti: quæ mentem defugere  
 consuevit mundanas captantem delectati-  
 uncias: quæ tum ex alijs permultis, tum  
 ex vanis

Hactenus  
Ber.



3p. 1. b.

ex vanis hauriuntur sermonibus. Quū enim Spiritus sanctus teste scriptura auferet sese à cogitatibus quæ sunt sine intellectu: quanto magis auferet sese ab ijs qui dediti sunt fundendis audiendisq; inanibus sermonibus: Id quod facile deprehendit, qui se interdum ad piam colligit meditationem: & mentem suam à vanis reuocans ad suū trās fert conditorem. Hic enim facile animaduertit, quam sit Deo ingrata omnis verborum futilitas: dum videlicet post eiusmodi profusionem, nullum in rebus diuinis saporem se inuenire deprehendit, nisi prius repurgata per pœnitudinem ab ineptijs illis conscientia. Proficiscitur aut hæc inanum verborum ineptitudo (cui nōnulli oppidō sunt addicti, & vnde pleriq; nullam habentes mali ipsius rationem plurimum capiunt voluptatis) ferè à corde vano & vacuo pietate, propterea, quod huiusmodi cor quum solatio careat interno oblectationem quærere consueuerit externam. Quemadmodū enim filius ille prodigus, simul atq; substantiam prodegisset paternam, siliquas quærebat porcorum, quas tamen nemo illi dabat, ita nōnulli Patris amissa gratia cælestis, cordis sui aluum explere cupiunt siliquis voluptatum terrenarum, qui cibus est immundo

Luc. 15. c.

rum

rum porcorum: sed non potest fœdis huius  
 cernodi voluptatum siliquis animæ appeti  
 tusextiari, quod anima hominis nobilior  
 sit quam vt alijs capi & expleri possit quā  
 gratia diuina. Nam mundana ista solatia oc  
 cupare quidē contaminare, & grauare pos  
 sunt humanos sensus, satiari aut non item.  
 Non enim satiatur (inquit Sapiens) oculus  
 visu, nec auris auditu. Et idem sentiendum  
 de reliquis corporis sensibus, per quos sola  
 tia capiuntur mundana. O si quis in suo pe  
 ctore Christū sedulo portare didicisset &  
 vnā cum ipso, mundo huic esset crucifixus:  
 aut si sedulo passionem meditaretur domi  
 nicam, cogitareteq; futura impiorum sup  
 plicia, quo pacto hic voluptatibus inhiaret  
 terrentis, quo pacto hic vanissimis istis ca  
 peretur fabulis. Filij hominum (inquit pro  
 pheta David) vsq; quo graui corde, vt quid  
 diligitis vanitatem & quæritis mēdaciū.  
 Magna haud dubiē vanitas est: fraus est mul  
 to nocentissima: quippe quæ hominis men  
 tem mirum in modum lædat & præmat dū  
 spiritali solatio præfertur terrenū. O frau  
 dem, o cæcitatem, o hominem deploratissi  
 mum, qui conditorem deserat tuū, qui vni  
 cum est animæ tuæ solatiū, qui veram præ  
 stat menti tuæ læticiam, cuius dulcis præ  
 sentia

Satiabor eō  
 apparueris  
 gratia tua  
 Psal. 16.

Eccle. 1. 8.

Psal. 9.

Iesu dule.  
 memori.

DE PROBITATE

*dans Vera  
cordis gau-  
dia: sed su-  
per mel &  
omnia eius  
dulcis me-  
moriam.  
Ber. in iubi-  
lo.*

*Phil. 3. b.*

sentia omnē exuperat & mellis & ceterorū  
omniū delectabiliū dulcedinē: qui vnus ve-  
re oblectat oblectando docet, docendo di-  
tat, ditando attrahit, attrahendo sibi cōglu-  
tinat, & perfecti amoris vinculo nullis vn-  
quā rebus dissolubili sibi coniungit. O insi-  
gnē Dei erga hominē amorē: o ter quaterq;  
beatā hominis animā, quæ in solo Iesu om-  
ne suū quærit solatiū: quæ in immēso erga  
illū amore omnē in rebus creatis oblectatio-  
nē fortiter contēnit, dicēs illud apostoli. Ex  
istimo omnia detrimentū esse propter emi-  
nentē sciētiam Iesu Christi Domini mei prop-  
ter quē omnia detrimentū feci, & arbitror  
vt stercora vt Christū lucrificā. O hominē  
foelicissimū, qui in te Iesu bone solū quærit  
requiē: & cui propter te omnis creaturarū  
consolatio est animi afflictio: qui in tribula-  
tione nihil præter te querit quo cōsoletur: qui  
omne vanitatis respuit colloquiū, quo vbe-  
rius mereatur percipere, dulce tui oris su-  
furrium, pluris faciens vnum tuæ charitatis  
verbulū, quam omne mūdi solatium: quod  
nouit esse maioris efficaciam, quam sint mille  
verba cuiusuis scientiæ.

**I**Nter omneis vero circa custodiā linguæ  
longè circumspectissimus esse debet reli-  
giosus quisq;, ne videlicet quid effuriet q;  
se, aut

se, aut audientē, aut etiam eū de quo sermo  
habetur dedeceat. Spectanda ubiq; est per-  
sonarū conditio, ætas, functio, ingeniū, qua-  
litas & id genus alia, & iuxta ea tēperanda  
est loquendi ratio. Secus loquendū cū viris  
eruditis, secus cū indoctis: secus cū prælatis,  
secus cū subditis, secus cū maioribus, secus  
cū inferioribus, deniq; secus cū viris, secus  
cū foeminis. Cū eruditis, prælatis, & dignio-  
ribus reuerenter & pariter audienter loquē-  
dū. Indocti verò subditi & iuniores liberius  
cōpellandi sunt, & quæ salutis sunt, inge-  
nuè docendi sunt. Religiosi colloquiū cum  
homine mundano pia sit exhortatio de con-  
tēnendo mundo, de operibus misericordiæ  
de timendo Deo: aut de ijs quæ maximè ad  
ipsius videntur pertinere statū seu conditio-  
nē. Summo præterea studio cauendum, ne  
quid dicatur, quod quēpiam lædere aut vi-  
tiare possit, quale est verbum obscenū, ob-  
trectatio, alienorum criminum commemo-  
ratio, quæ offendunt nō modo ipsum loquē-  
tem, verum etiam auditorem, atq; adeo eti-  
am ipsum de quo fit sermo, si ipsum contin-  
gat quod relatū est rescire, eoque triplex  
subest huic malo crimen. Quare multis est  
nominibus detestandus ac deplorandus, qui  
ab hoc sibi malo non studet tēperare, vnde  
tanta

DE PROBITATE

Ber. de tri-  
plici custo-  
dia.  
Pfal. 36.

tanta mortalibus scatet pernitie. De istius  
modi hominis lingua ita scribit Bernardus.  
Nunquid non lancea est ista lingua. Profe-  
cto & acutissima, quæ tres penetrat ictu  
vno. Lingua inquit eorum gladius acutus  
Gladius equidẽ anceps, imo triceps est lin-  
gua detractoris. Nec vero eiusmodi linguã  
ipso etiã mucrone quo dominicum latus cõ-  
fossus est, crudeliores dicere verearis. Fo-  
dit enim hæc quoq; Christi corpus & mem-  
brum de membro: nec iam exanime fodit,  
sed facit exanime fodiendo. Iphis quoq; no-  
centior est spinis, quas illi tam sublimi capi-  
ti furor militaris imposuit: seu etiam clavis  
ferreis, quos sanctissimis manibus illis & pe-  
dibus consuminatio iudaicæ iniquitatis in-  
fixit. Nisi enim huius quod nunc pungitur  
& transfoditur corporis sui pretulisset, nun-  
quam illud pro isto mortis iniuriæ mortis  
ignominia tradidisset. Et dicimus, Leuis  
res sermo, tenera mollis & exigua caro lin-  
gua hominis, quis sapiens magnipèdat? Le-  
uis quidẽ res sermo, quia leuiter volat, sed  
grauiter vulnerat, leuiter transit, sed graui-  
ter vrit, leuiter penetrat animum, sed nõ le-  
uiter exit, profertur leuiter, sed non leuiter  
reuocatur, facilè volat, atq; ideo facilè vio-  
lat charitatem. Vilis res est musca moriens,  
sed

sed exterminat oleum suauitatis. Tenerum  
membrum lingua, attamē vix teneri potest:  
substantia quidem infirmum atq; exiguum,  
sed vsu magnum & validū inuenitur. Mo-  
dicum membrum est, sed nisi caueas magnū  
malum. Tenuis est & lata, aptissimū vacuā  
dis cordibus instrumentum, sicut multorum  
mihi inter vos conscientias arbitror attesta-  
ri, nisi forte omnes tam perfecti simus, vt  
nunquam nobis post longas confabulatio-  
nes inuenta sit mens quodammodo vacua,  
meditatio minus deuota, sicca magis affe-  
ctio, & holocaustū orationis nō adeo pin-  
gue propter verba siue quę diximus siue eti-  
am quę audiuius, verba tamē. Facile enim  
lingua labitur, nec minus facile illabitur cor-  
di: ita vt multis inter loquendū minus pro-  
fuerit quod propriam cohibuerint, dū non  
cauerint alienā. Vtilis est frater qui tibi lo-  
quitur, sapiens est, religiosus ac timens Deū  
plus dico angelus est, & angelus lucis, etiam  
sic caue tibi ne audias vnde lædaris. Nec  
personam tibi velim suspectam esse, sed lin-  
guam præsertim in sermocinatione cōmu-  
ni. Bona quidē columbæ simplicitas, sed in  
hac quoq; parte serpentis astutiam nō amit-  
tas. Maria ne angelicū quidem verbum sine  
discussione præteriens cogitabat qualis esset

V

ista

DE PROBIBATE

ista saluatio. Tu quoq; qui crebris experi-  
mentis saltem solerter aduertisti quantū no-  
ceant uerba, non desipies si sollicitus fueris,  
quandoquidem interesse necesse est collo-  
quutioni, nō modo ori circumspeditionem,  
sed & auri nihilominus adhibere cautelam.

Hactenus  
Ber.

Ephe. 4. 8.

Ephe. 5. 2.

Pro. 10. c.

Ber. in. spe.  
guio mona.

Vide ut hic seuerè beatus Bernardus religi-  
osum omnē adhortetur ad exactissimā tum  
aurium tū linguę custodiā. Paria ferè tradit  
& ceteris omnibus Paulus dū ait. Omnis ser-  
mo malus ex ore uostro nō procedat: sed si  
quis bonus est ad ædificationē fidei, ut det  
gratiam audientibus. Fornicatio autē, aut om-  
nis immunditia, aut auaritia nec nominetur  
in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitude  
aut stultiloquiū aut scurrilitas, quę ad rē nō  
pertinet, sed magis gratiarū actio. In primis  
autem circumspedi & cauti esse debent pa-  
rentes ac cæteri omnes uerba facientes a-  
pud ætatem impuberem, quod hæc facile  
imbibere soleat quicquid rudibus adhuc ui-  
det auditue annis: in qua ætate nonnulli  
hodie obscenitate & calliditate etiā gran-  
dæuos superant uiros: tanta est quorun-  
dam uafricies. Qui moderatur (inquit.  
Salomon) labia sua, hic prudentissimus est.  
Docet autē beatus Bernardus sermonē om-  
nem bis ad limā reuocari debere, priusquā  
semel

semel veniat ad linguam, id quod nobis natura ipsa satis insinuat: quæ quæ pleraque corporis membra gemina dederit vnicam duntaxat linguam dedit, eamque duplici vallatâ claustro, nempe labris ac dētibus, re ipsa declarans omnem hominem in sermonē rarū esse debere, & benè circumspectū. Qui præceps est & effrenis in sermone, hoc ipso palā indicat, parū se esse prudentē. Vidisti (in Pro. 19. 6.) quit Salomon) hominem velocē ad loquendum, stultitia magis speranda est quam illius correctio. Est quoque hæc loquendi pronitas admodum pernitiōsa internæ mentis tranquillitati, quod per eā cor hominis effundi, & animi quies & puritas consueuerit perturbari: ex quo pudicitia sponsum grauitè contingit offendi. Proinde quoties loquendum tibi erit, diligenter præmeditaberis, & cauebis, ne totum temetipsum profundas: sed patri tuo cœlesti, amatori tuo, Deo & conditori tuo, opportunitatem & locum seruabis, in quo vna cum ipso arcanum possis habere colloquium: in quo illi facias satis: in quo dignus haberi possis, qui illum tibi loquentem merearis audire: qui ab illo in omnibus tuis sermonibus & cogitationibus ( quibus sæpenumero ingens

Vij subest



DE PROBIDADE

subest periculum) merearis gubernari, Ita enim & plurima vitabis mala; & dignus habebis qui plurima consequaris bona: quippe qui singulari quodam in illū feraris amore, oēmque ab illo expectes opem atque consiliū,

Quando & apud quos sit loquendum: & rursus ubi & quando tacendum. Cap. 15.

**S**uperest ut iam de cæteris loquamur boni eloquii conditionibus, nempe quando & cum quibus loquendum: & rursus ubi & apud quos sit tacendum. In primis ergo hoc equidem iudicauerim consultissimum, ut quisque loqui studeat quam potest parcissime: neque aliās loquatur nisi dum vel ratio, vel orationem postulat necessitas: deinde etiam ut cum metu loquatur aptissimis pariter & paucissimis verbis quod dicendum est absoluens. Sequeris ergo hac in re Senecæ sententiam dicentis, ad docendum seu persuadendum non multis sed efficacibus opus esse verbis: itemque agricolarum exemplū, qui rarè potius & semina electa, quam cumulatim & vulgaria semina iacere malunt. Perquam multa sunt quæ hominem tacere suadeant: paucissima quæ loqui compellant. Tacendum ergo in primis dum quis orsus est quippiam eloqui idque dum is suam orationem absoluat. Quippe decens est verba facientē donec

2. a. cōditio loquentis.

3. a.

Seneca.

donec perorarit silenter audiri ac sustineri.

Secundo silere praestat quam loqui (etiam si pia sint quae effari velis) dum idoneos non habes auditores, ut si adsint, qui verba tua sint contempturi, aut qui ex ipsis nihilo euasuri sint meliores. Vbi enim (inquit Sapiens) auditus non est, non effundas sermonem. Idem

Eccle. 32. a.

docet & Christus suos discipulos, ubi ait.

Mat. 7. a.

Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculant eas pedibus, & conuersi dirumpant vos. Quo sermone vetuit Dominus doctrinam euangelicam deprædicari contumacibus, & hominibus impuris, in suis foeditatibus perditè gratulantibus ac desperatis.

Hinc etiam Salomō ait. Qui erudit deriso

Pro. 9. b.

re ipse iniuriam sibi facit, & qui arguit impium sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. Interdum silentium requirit ipsa personarum quibus forte ades dignitas, sapientia, aut functio. Inter eiusmodi enim liberè velle loquitarī temeritatis est & irreuerentiæ indicium. Silentium quoque maximè decet pueritiam, & ætatem in religione rudem. Hanc enim peculiariter taciturnitate docet Sapiens dum ait. Adolescens loquere

Eccle. 32. b.

in tua causa, vix quum necesse fuerit. Si bis

Vij

interrogatus

DE PROBITATE

interrogatus fueris, habet caput primū ex-  
ordium, respōsum tuū. In multis esto quasi  
inscius: & audi tacens simul & quærēs. Rur-  
sus idem ante hæc verba. Audi inquit tacēs:  
& pro reuerentia accedet tibi bona gratia.  
Illud in rerum cernimus natura, quod ager  
quo sæpius sinitur interquiescere liber à fe-  
rēdisfrugibus, hoc magis impinguescit, vbe-  
riorēq; post quietem adfert fructū. Ita quo-  
que & cum homine agitur, qui quum sese  
quietum & quodammodo sterilem præbe-  
re potest sermonibus, tandem diuinæ gra-  
tiæ pinguedine largius infunditur & illu-  
stratur aptiorq; efficitur producendis ver-  
borum frugibus longè saluberrimis. Vnde  
haud inconsultè ita maioribus visum ac de-  
cretum est, vt in cœnobijs, certis quibusdā  
temporibus ac locis, ab omni prorsus abstin-  
neatur etiam ab vtili colloquio, nimirum  
quod per taciturnitatem mens hominis se-  
curius custodiatur, quodque interni ho-  
minis sensus, hoc vtilius operentur intus,  
quo diligentius obseruantur foris. Obmu-  
tui (inquit David) & humiliatus sum, &  
silui à bonis: & dolor meus renouatus est.  
Concaluit cor meum intra me: & in medi-  
tatione mea ex ardescet ignis. O verè admi-  
randam

Ibidem.

simile.

Psa. 17.

randam silentij virtutem, per quam humili-  
tas compassio & dilectio mirum in modū  
probantur & renouari & augeri.

De silentio in templo obseruando, aduersus eos qui  
nihil verentur inibi impiè intendere fabulis.

Cap. 16.

**S**Aepenumero quoq; tempus ipsum & lo-  
cus silentium potius quam verba expo-  
stulant: etiamsi fortasse non inutile alio  
qui foret si proferretur quod erat profe-  
rendum. Tempus ergo obseruari necesse  
est, ne si verbum ( quod suo prolatum tem-  
pore prodesse poterat, ) intempestiuè pro-  
matur, pro compendio adferat dispendi-  
um. Mala enim aurea (inquit Salomon) in  
lectis argenteis, qui loquitur verbum in Pro. 25. b.  
tempore suo. Locum item obseruari in lo-  
quutione necesse est, ne qui rebus consecra-  
tus est diuinis inutilibus prophanetur con-  
fabulationibus. Qua sanè in re à plerisque  
secularibus peccatur hodie citra omnem  
modum: qui domum orationis forum fa-  
ciunt mercationis, ambulachrum obtre-  
ctationis conciliabulum confabulationis.

Heu te infelicem ac deploratum, qui

V iij                      vbi

DE PROBITATE

vbi Patrem adorare debueras in Spiritu & veritate, ex aduerso inimicissimū Patri adoras diabolū, vbi pro offensis gemere debueras, rursus offensis tuis Dominum maiestatis irritas, vbi vitam inuocare debueras, patum feris cū morte. Vē vobis o miseri, qui tā turpiter locū inhonoratis sanctū, dū pro suavi odore sanctarū precum, putore spargitis mūdanarum vanitatū, puta auaritiæ, superbiæ, obrectationis, & nonnunquam etiam impudicitiae, dumque pro laudibus Dei, laudes canitis vel vestras vel huius mūdi: qui non modo offenditis altissimum, verum etiam proximis perniciosum ad impietatem præbetis exemplum, & in diuino cultu ac pijs precibus magnum præstatis offensaculum. Sed qua queso fronte ad adorandum altissimū vos ingerere audetis: aut quorandem nomine vos exaudiri cōfidentis post tantam Deo irrogatam iniuriam, quū beatus Gregorius palam testetur tanto minus os nostrum ab omnipotente Deo exaudiri in prece, quanto magis inquinatur stulta loquutione?

Grego.

Breues normulæ circa loquutionem obseruandæ. 1.

**H**Aec tibi firma semper stet sententia  
nunquam aliquid proloqui nisi verbisquam paucissimis. Deinde summū  
tibi

tibi sit semper studium, garrulum omnem, omnemque garrulitatem defugere. Si inter seculares sis, ubi de rebus tractatur secularibus, si commodè potes sermonem impium pio aliquo interiecto sermone dispelle: si non potes, prorsus sile.

II. Si natura aut consuetudine propensus sis ad loquacitatem, morbum hunc cum diuino adiutorio disce euincere, idque subinde unum aut alterum diem omni tibi interdicto sermone. Quod si adsueueris verbis noxijs aut inhonestis proferendis, paulatim & particulatim studebis eam consuetudinem exuere, nimirum hoc ordine. Hoc die à deiurio aut turpiloquio tibi imperabis: illo die ab omni obtrectatione & maledicentia: tertio ab omni scurrilitate: quarto ab omni vaniloquio seu multiloquio: atque ita tandem in consuetudinem venies taciturnitatis, eoque & alios hac excitabis. Nam ut vnus garrulus plures facit garrulos, ita vnus silens non raro plures silentes efficit.

III. Si quando fortè cōtingat te hac in re peccare, sumpta protinus de teipso pœna, loquacitatem tuam, scurrilitatem, bonasque horas male collocatas studebis sarcire. Multa autē ipsa tibi ipsi ad singulas offensas irroganda esto vel pia aliqua lectio, vel molestus

#### DE PROBITATE

lestus aliquis labor, vel afflictio aliqua corporalis, vel subtractio rei alicuius delectabilis. Hac enim ratione & melius prauam consuetudinem depones, & Deus tuum ad spectans conatum libentius tibi sua ope dignabitur succurrere.

III. Quanto amplius abstines à colloquijs humanis, tanto plus vacato colloquijs diuinis, internam animi affectū in ipsum Dominum transferendo. Nam magna sit gratia, ingensq; bonum benè posse silere, quod per id multa vitentur mala, parū tamen contulerit ad virtutem silentium oris, si mens interim intenta negocijs mundanis à seipso suum excludat conditorem Deum.

V. In omni tuo eloquio, semper tibi caueo à iactantiæ vitio, à celebrandis tui ipsius laudibus, à captanda populari aura, idq; aut per intricata verba, aut per propriæ artis scientia, aut sanctimonix commemorationē. Caue etiam relator sis alienorum criminum seu eorum quæ in alijs tibi displicent: Neminem quamuis abiectum irrideto aut contemnitō: Murmurationem omnem, omnemq; aduersus prælatos quærimoniā summo studio deuita: nam hoc vitij præterquā  
quod

quòd nonnunquam multorum occasionem præstat malorum, etiam altissimo summo-  
pere displicet. Quod si vero in aliquo ali-  
quid cernas imperfectionis, compatere in-  
foelici: precare vt Deus illum sua dignetur  
bonitate reducere ac iuuare: & si quippiã te  
speras effecturum, benignè illum aut per te  
aut alios adhortando corripito. Vbi ergo  
aliquis est à te corripiendus aut suorum cõ-  
missorum admonendus, id agito omni qua  
fieri potest mansuetudine & modestia: & si  
nihil ira proficias, Deo aut ipsius prælato  
rem omnem committito. Aut si illi ipse sis  
præfectus, tenta subindè per correptionem  
duriusculam, aut per aliam decentem casti-  
gationem illum ad meliora reuocare: opti-  
mo tamen semper in illum ostenso affectu  
& dilectione, vt facile animaduertat te non  
aliud quam ipsius sitire salutem.

VI. Si peculiari aliqua dote præditus sis,  
caue illam facilè alicui ostentes: quin potius  
parator esto ad detegendum & agnoscen-  
dum si quid in te est imbecillitatis aut vitij,  
præsertim apud eos quos speras pro te ora-  
turos, neq; quicquam (vt plerique spiritu  
imbecilles facile moueri solent) ingenua  
ista tua confessione offendendos.

Quod



DE PROBITATE

Quod si vero quid de tua imbecillitate ab alijs audias narrari, gratantid ferto animo. Magnum enim est humilitatis & candoris argumentū si quis grauatim haud ferat, dū suam audit commemori imperfectionē, aut dum ab aliquo suæ admonetur imperfecti-  
onis aut commissorum.

VII. Si quē fortè atrocius verbo aut facto aliquo offendisti, contristasti aut perturbasti, statim cum illo contendito redire in gratiam, apprecans illum eam tibi noxam benignè condonet. Quod si vero noxa ipsa sit aut leuicula aut pene nulla, vnde tuus tibi proximus infensus fortè est, citra tuū videlicet meritum & præter rationem, nō est quod illud magnifacere debeas vt ne pacem tuam in alterius inquietudine sitā existimes. Hic ergo animo esto pacato: beneficium illi piarum precum impedito, effectu ipso vbiq; declarans, quam non sis malè erga illum affectus.

VIII. Arcanum proximi tuæ fidei in petendo à te consilio aut solatio concreditum diligenter stude cælare. Id enim ipsum postulat ius naturæ, ne cui simus in reuelando alterius secreto infideles. Caue tamē aliquid cælare promittas: sed neq; facile credas reuelatoribus illis, qui stipulantes fidem silentij  
quasi

quasi sub confessionis sigillo multa confue-  
uerunt secreta in alterius sinum effundere.  
Eiusmodi enim ferè sunt homines fucati &  
subdoli, dolum & maleuolentiam suam tali  
silentij prætextu cupientes adūbrare, iuxta  
illud euangelij apud Iohānē. **Omnis qui ma** Iohann. 3. c.  
**la agit odit lucem: & nō venit ad lucem, vt**  
**nō arguantur opera eius. At veritas (vt vul-**  
**go dici consuevit) non querit angulum: sed**  
**sicuti post prædicta sequitur, qui facit veri-**  
**tatem venit ad lucem vt manifestentur ope-**  
**ra eius, quia in Deo sunt facta.**

**IX.** Si inter loquendum quippiam cōtin-  
gat controuerti, caue ibi tuam sententiā alio-  
rum sententiæ pertinaciter aut arroganter  
præferas, sed cedere memento, maximè dū  
certus omnino non es tuam sententiā esse  
saniolem. Quinimò etiam si non sis nescius  
illum planè à scopo aberrare, modestis tamē  
semper vttere sermonibus, nempe his aut  
alijs similibus. Arbitror sanè te falli aut hal-  
lucinari: Ipsa rei huius veritas vel per se tã-  
dem tibi innotescet. Iustā subducito rei hu-  
ius rationē, inquire, diligenter scrutare: tan-  
dem spero senties secus habere, quā modo  
æstimas.

**X.** Omnia verba tua ex sincero profer  
to pectore, & pura animi intentione. **Caue**  
**adsuescas**

DE PROBITATE

adsuescas aulico more loqui, hoc est adulando assentando, falsè laudādo. Nā eiusmodi assentatio nullum decet hominem probū, quin etiam hominis opinionem apud viros cordatos haud parum eleuat ac diminuit. Plerunq; enim qui culti & grati haberi volunt sermone, prauī ac dolosī esse consueuerunt corde.

XI. Bonam praesidis tui opinionem semper diligenter stude tueri: & pro illius honore ne dubita strenuè decertare: neq; enim putandum est hoc parum habere commodi, Vide ergo vnquam illum aut in corde tuo aut apud alios propter lapsus quosdā quos fortè in illo cernis contempnas: sed potius excusatum illum habeas, si non alio certè hoc colore, quod longè maiorem ipse habeat peccādi occasionem quam cæteri vulgares: & longè etiam validiorem impellatur a te tentationis, quam cæteri: sicuti in conflictu corporali longè diligentior adhibetur opera trucidandi aut capiēdi principis quā alicuius cæterorum. Vitia insuper ipsius occulta caue alicui reueles: quin potius quam potes honestissimè illa contege: atq; ita paternam celestis illius. Patris, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, mereberis

Simile,

Ep. 11. c.

mereberis accipere benedictionem, quem-  
admodum Sem & Iaphet benedici merue-  
runt patris sui Noë obtegentes ignomi-  
niam: quum cōtra Cham, (qui verenda pa-  
tris nihil veritus est cum irrisione fratribus  
ostendere) vna cum posteris suis fuerit ma-  
ledictus. Hunc enim emulantur quotquot  
præsides aut maiores suos irrident, probro  
afficiunt, traducunt aut ipsorum vitia com-  
memorant disseminant. Quod si tamen  
in ipso immanius aliquod cernas flagitium,  
vnde magnum posset oriri malum, cura vt  
per aliquem ei familiarem amicum, aut cer-  
tè per eum cuius potestati subiectus est se-  
cretè huius rei admoueat: & quod supe-  
rest fusis pro ipso precibus, id totum Deo  
committe.

Gen. 9. d.

XII. Præsilibus tuis semper te ipsum re-  
uerentem exhibe & modestum: & caue illis  
quicquam exprobes aut contumelia illos  
afficias, vnde ipsi irritari aut possent contri-  
stari: nam hoc ipsum teste apostolo summo  
perè Deo dispicet, nec manere poterit in-  
ultum: sicuti id Dominus ipse palam decla-  
rauit in filijs Israel, quos non semel legimus  
à Deo punitos, propterea q̄ duces suos Mo-  
sem & Aaron contristassent irritassent &  
contempsis-

Neq; mut-  
muraueritis  
inquit sicut  
quidam eorū  
&c.  
Cor. 10. 20.

DE PROBITATE

Num. 21. b.  
Exo. 2.  
zacha. 2. c.  
Luc. 10. c.  
Clima. gr. 4

contempssissent. Et Dominus alibi de præpositis loquens ait. Qui tetigerit vos, tãgit pupillam oculi mei. Item in euangelio apostolis. Qui vos (inquit) audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Quinimo doctor Climacus testatur interdum leuius esse commissum peccare in Deum, quam in patrem spiritualement: sicuti reges nonnunquam pro grauiore habent crimine quod in ipsorum commissum est legatos, quam quod in ipsam commissum est regiam maiestatem.

XIII. Quum tempus expostulat moderatam animi seu corporis recreationem, ibi te hilarem exhibe & placidum in sermonibus Sales adsint sed citra dentem: ioci adsint, & lusus, sed citra vilitatem, & citra notam ineptem leuitatis. Cura autem semper ut recreatio ipsa si fieri potest aliquid adferat boni profectus, & talis sit argumenti, quod auditu sit & iucundum pariter & vtile. In omni ergo re iucunda, semper aliquid intermiscere quod ad Dei spectet honorẽ, & ad proximorum conferat salutem: quod suo tandem tempore diuini Spiritus ope studebis edifferere.

De usu, custodia, & soluenda captiuitate s̄ sensu. Ca. 176

**H**ic iam de quinque humani corporis sensibus agamus, ut sciamus quo pacto sunt

sint custodiendi ac salutariter regendi. Clamat itaq; Dominus in euangelio. Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, nō est me dignus. Hoc verbum non ineptē mihi adsumptum arbitror propterea quod equidem illud iudicari optimē presenti nostro congruere argumento. Quandoquidē hęc ipsa crux, de qua hic Christus facit mentionem, vel maximē in mortificatione sita est & abdicatione omnium mundanarum voluptatū, quæ per hosce hauriūtur sensus: & in prouida ipsorū sensuum gubernatione. Hos enim quisquis non edomuerit & comepescuerit, nec Christū poterit sequi, nec ipso poterit esse dignus. Quicquid enim est in anima corruptelę aut labis, nō aliundē proficiscitur quam ex abusu sensuum nostrorū: Vnde prauæ omnes concupiscentiæ, vnde mentis distractiones, vnde tentationes, vnde animæ morbi ac vulnera, nisi ex malē custoditis sensibus? Qui tamen nobis tanquā instrumēta data sunt, quibus vteremur quū ad excolendum diuinum amorem, tum ad succurrendum proprijs ac propinquorū necessitatibus. Quicquid enim in omnibus mūdi creaturis cernimus audimus olfacimus sentimus aut gustamus, merito nos rapere & excitare deberet ad laudem & amorem

X      diuinum:

Mat. 10. 38.

DE PROBITATE

divinū : maximè quā ex pulchritudine ma-  
 gnitudine bonitate & utilitate creaturarū  
 pulchritudinē magnificentiā bonitatē & uti-  
 litatem intelligamus ipsius creatoris. Sed &  
 ipsæ divine scripturæ, ad quas per visum pe-  
 netramus & auditum, multa passim conti-  
 nent quæ mirum in modum extimulare nos  
 possunt ad dictum amorem. Hæc autē om-  
 nia in hoc nobis providentia providit divi-  
 na, quo tuncquam deesset, quod nos vocaret  
 ac raperet ad recordationē & notitiā nostri  
 conditoris. Sed prohi dolor secus habet re-  
 rum euentus. Quæ nos reducere debuerant  
 ad Deum, contra nos à Deo abducunt. Ho-  
 stia ipsa sensuū nostrorum per quæ Christus  
 introduci debuerat ad animā nostram, por-  
 tæ iam factæ sunt per quas ad nos ingredi-  
 tur satanas atq; interitus, iuxta dictum illud  
 propheticū, Ascēdit mors per fenestras ve-  
 stras, ingressa est domos vestras. Hi autem  
 quinque sensus à Deo creati & ab exordio be-  
 nedicti, animæ nostræ pro ancillis & pedis-  
 sequis dati sunt in animarum nostrarum de-  
 sinati obsequium: verum hodie in plerisque  
 à diabolo captivi tenentur, neq; iā anime, sed  
 carnis mancipati sunt servitio: atq; ita sunt  
 miserè servitutis vinculis adstricti, & ab ani-  
 mæ obsequio abacti, vt potius iam ipsi no-  
 cumento

1er. 2. f.

Pulcrā hu-  
 jus captivi-  
 tatis figurā

miserè servitutis vinculis adstricti, & ab ani-  
 mæ obsequio abacti, vt potius iam ipsi no-  
 cumento

cumento & damno sint quam emolumento aut obsequio. Proinde quisquis Deo obsequi & placere desideras: quisquis tuam ipsius cupis operari salutem, omni studio contende, miseros istos captiuos à satanæ seruitute exemptos in libertatem & obsequium asserere optimi principis & creatoris sui Christi Iesu, ut iam deinceps non carni ancillentur non ineptis mundi huius aut corporis voluptatibus: sed summæ illi obsequantur maiestati omnipotentis Dei.

prestat puella illa captiua, destinata obsequio uxoris Naaman. 4. Re. 5. 2.

De usu & custodia oculorum.

Cap. 18.

**I**N primis ergo summa cura, rectè moderari & utiliter usurpare discas tuos oculos, per quos alioqui tanta ad animas nostras ingreditur pernicietas, ut fere expediret in totum ab omni abstinere aspectu. Vix enim quis lumina sua in rem aliquam conijciat, quin è vestigio aliqua subsequatur praua affectio, displicentia aut alioqui noxia cogitatio, quæ animæ puritatem vitiet atque cõtaminet. Proinde has animarum nostrarum fenestras diligenter obseratas seruemus oportet, ne quis forte noxius per ipsas ingressus

Omni prope tempore clausos contineri.

Xij aër,



DE PROBITATE

Gene. de re  
med. fort.

Gen. 34. a.

2. Reg. 11. a.

Ibidem. c.

Iud. 12. d.

Dan. 13.

aër, pestilens nobis adferat contagium. Vnde de Seneca, Oculi inquit sunt irritamenta vitiorum duces scelerum: huic adulteriū oculi ministrant, huic domum quā concupiscat. Quantum autē mali proficiscatur ex praepostero oculorum vsu, multa passim in sacris voluminibus testantur exempla. Dina filia Iacob terram ingressa alienam, contemplatura regionis illius foeminas foras egreditur: & ab ipso terræ principe conspecta rapitur & cōstupratur. Daud è solario prospectans ac videns egregia forma mulierē sese lauante, primum in foedum lapsus est adulterium, mox etiam in crudele homicidium. Holophernes oculos intendens in venustatem Iudith ceco corripitur infelix amore: & ebrius effectus, crudeli ab ipsa cede interimitur. Veterani in populo iudices pudicam Susannā impudicis conspectantes oculis in ipsius exardescunt concupiscentiā: & dum mortem machinantur insonti, ipsi infeliciter tolluntur è viuīs. Sed quid attinet immorari percensendis exemplis antiquorum, quum mala ipsa ex indomito visu proficiscantia, cotidiana nos palam doceat experientia? Quæ sanē mala, quanquam non semper sint mortifera, apprimē tamen sunt nociua ei qui tranquillā & puram cupit cōseruare

seruare conscientiam. Raro etenim quid cōspicitur, raro noui quippiam cernitur, unde non aliqua suboriatur contemplatori parū proba cogitatio, aut imaginatio. Si quē videas ridentem, aut leuitatis aliquid exhibentem, facile ad risum excitaris & ipse. Si quem contuearis tristitiā aut crudelitātē prę se ferentem, facile duceris in prauam suspicionem, in auersionem, aut in indignationē. Quo contra de multis legimus viris sanctis quod nihil prorsus voluerint contueri, nisi quod contueri omnino erat necessarium. Nominatim autem de venerabili illo antistite Hugone Gratiopolitano, vno inter ceteros carthusiani instituti principe legimus, quomodo tam cōtinentis fuerit adspectus, vt integrā & eo amplius horam cum quadam insignis probitatis loquutus muliere, ne semel quidem illius cōtuitus sit faciem. Nam quum dictę matronę filius, quē ipsa monachatu cōsecrarat, à supra dicto sciscitaretur antistite, an vultus maternus multū cotraxisset senij, respondit se ipsius vultum prorsus non adspectasse. Pro hac gratia impetranda orauit propheta David dū dixit. *Psa. 138.*

Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Sed qui ita sollicitus precatus est ne videret vanitatē, haud dubium qui longē sollicitior

Xij

precatus

DE PROBITATE

**Gen., b.** præcatus sit, ne videret impietatem. Vnde  
 quæso primum humani generis peccatum  
 profectum est, nisi ex adspectu, nempe illo  
 quo Heua in arborem oculos intendit inter  
 dictam, vtpote cuius fructum comedere  
 erat prohibita? Simul enim atq; contuita  
 est, ilico accensa est vorandi fructus deside-  
**Aug.** rio. Vnde beatus Augustinus, ita de seipso  
 ait. Resisto seductionibus oculorum meo-  
 rum, ne implicentur pedes affectus mei. Est  
 autem hæc oculorum custodia necessaria nõ  
 modo piam vitam auspicantibus, verum  
 etiam in via virtutum longius etiam pro-  
 gressis. Nam quoties quis foras per vanum  
 inutilium rerum adspectum excurrit, etiãsi  
 fortè nihil contrahat labis tetrioris, toties  
 aliquid interni feruoris & cãdoris amittit.  
**Bernar.** Hinc Bernardus. Vt teipsum semper adspi-  
 cias, ab omnibus oculos auerte. Etenim quo  
 quis magis est addictus rebus externis, hoc  
 re vera oscitãtior est in rebus internis. Ocu-  
**Tre., f.** li nostri fures sunt & prædones animas no-  
 stras innumeris spoliãtes bonis ac virtutis.  
 Oculus enim meus (inquit propheta) depræ-  
 datus est animam meam. Nunquam oculus  
 foras effertur ad vana, quia aliquid semper  
 adferat pulueris oculo interiori. Quantum  
 autem oculi isti externi obsint internis, vel  
 hinc

hinc discere possumus, quod quia homo  
quippiã cupit acumine ingenij sui peritius  
perscrutari, oculos suos corporaleis clausos  
aut certè immotos veluti indormientes cõ  
tineat, nimirum alienos ab omni rerum ex  
traniarum contuitu. Vnde de quibusdã pro  
ditũ est viris eruditis & sanctis, quod adeo  
fuerint intus insēti rebus diuinis & spūitua  
libus, vt foris essent videntes carci: hoc est  
apertis luminibus nihil videntes, & quasi  
ad omnia visibilia occallentes: quemadmo  
dum peculiariter de beato scribitur Bernar  
do, quod quum totum diem equo fuisset  
vectus per ripam cuiusdam fluminis, & tan  
dem interrogaretur, de suo hamulo & pra  
terito flumine, negauit se & equi nosse qua  
litate, & an flumen transisset, scire. Qui  
dam etiam philosophus oculos sibi eruisse  
scribitur, quo expeditius vti posset suo in  
tellectu, atq; ingenio. Nimirũ videbat oca  
los corporaleis magnũ sibi hac in re praesia  
re impedimētũ. Quũ ergo Dominus Deus  
oculis cernatur internis, quisquis vehemētĩ  
tenet desiderio ipsam videndĩ cognoscendĩ  
& tandẽ perueniendi ad ipsius amorẽ, neces  
se est oculis suis vratur internis, externos ve  
ro à rerũ inutiliũ cõtuitu coerceat. Ita enĩ  
Dñs videri gaudet, sicuti ipse spõsa sua in

DE PROBITATE

Cant. 4. e.

Canticis testatur canticorum quū ait. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum.

Richar. 2

sanct. viſt.

ſn cōment.

ſuper.

Can. c. 27.

Iohan. 9. g.

Quod verbum explanans Richar. ait. Duo inquit sunt visus siue oculi: vnus quo superna contemplamur, alius quo trāſitoria atq; terrena. Illum quo superna videntur ſaluator aperire venit, ſicut ipſe dicit. In mundū hunc veni, vt qui non vident videāt, & qui vident cæci fiant. Pro hoc illuminando ad nos venit: vulnerū aperturā & mortē ſuſtinuit, vt lumen hoc nobis aperiret, & ad cognitionem ſalutis viuificaret. Vnde quantū oculum hunc contemplationem ſcilicet ſalutis noſtræ & deſiderium amet, his verbis exprimit dicens. Vulneraſti cor meum. Ac ſi dicat. O anima quæ ſoror mea dici meruiſti, ex quo carnem ſumendo me tibi fratrem feci, & quam ſponſam elegi, quum te mihi in amore & voluntatis vnitatem coniunxi, in eo quod æterna potius quam terrena cordis oculis vides & quæris, tantum me lætificas & grata ſis, vt amor tuus cor meū vulneret, & nimietate ſua penetret. Fortis erat ad te dilectio mea quaſi mors: vnde pro te mori volui, & dura corporis vulnera ſuſcipere, vt ſuauiam amoris à te recipere. Illa igitur cogitatio, & in illorum apertura oculi

cordis

cordis defigens aperis hunc ad amorem pa-  
 riter & cognitionem. Amor enim notitiam  
 aperit, vt dum saluatorem tuum amas etiã  
 salutem quam tanta charitate & sui ipsius  
 precio comparauit immensam & merito  
 appetendam intelligas. Spiritualis ergo vi-  
 sus tuus & salus tua est contẽplatio mei amo-  
 ris, meãq; fruitionis. Ego enim saluator  
 tuus sum & salus: & qui premium tuum fui,  
 præmium ero: & gemina mei visio æterna  
 est beatitudo. Hunc spiritualẽ visum & sa-  
 lutis tuæ desiderium vehementer in te dili-  
 go. Hoc vno solo oculo, i. contemplatione  
 vnica & singulari tuæ salutis & mei amo-  
 ris atq; fruitionis cor meum vulneras. Quã  
 ob rem quisquis & Iesum toto pectore ama-  
 re, & vicissim à Iesu cupit verè amari, ab  
 omnibus terrenarum voluptatum præsti-  
 gijs oculos suos oportet auertat: & qui ze-  
 lotypum Iesum omneis pariter alienos pro-  
 cos, omnẽq; auersantem adulteriũ, cupit si-  
 bi perpetuo retinere sponsum, spiritualem  
 omnem cum rebus fluxis scortationem ne-  
 cesse est constanter detractet.

Huc vsque  
 Richar.

De custodia aurium, & curioso auditu. Cap. 19.

Ab hoc. ca.  
 vsq; ad ca.  
 li. 4. tertiu  
 ea ferè po-  
 suimus quæ

**S**imili etiã modo obstruere oportet aures  
 Nam & ipsæ ianuæ sunt, per quas innu-  
 mera eueniunt animæ incõmoda. Cuius  
 saluti

DE PROBIDADE

tandem in  
*schedis re-* saluti si tam vigilanter incomberemus quā  
*perimus ip-* salubritati corporis, longè magis circa auri  
*ius auctoris* um custodiam studeremus. Sed heu domi-  
*nisi quod* nadespicitur, & infirmitatibus eius nulla  
*sermonem* penè remedia apponuntur: seruo autem om-  
*paulo red-* nis sollicitudo impeditur. Ab omnibus enim  
*derimus* abstinemus noxijs: & vbi infirmitas aduenit  
*mundiorè,* nullis parcitur expensis nulli labori, vt tanta  
*multis sub-* dem sani esse possemus. Sic cæci sumus mi-  
*teric barba* feri: sic temporalis commodi studio deten-  
*ris sola* ti, vt æternis ea præponamus. En adest au-  
*culis &* ditus per quem toties mortem incurrimus:  
*obscuritati* toties præciosissima quæq; deperdimus: &  
*bus, nō pau-* quantacūq; nobis damna corradamus, & que  
*cis etiā ex* tamen ad similia audienda feruemus: quum  
*stanthonio* sciamus nunquam nos saluos fieri posse, ni-  
*exemplari* si & à vanis & à noxijs auditum auertamus:  
*adfectis.* ita vt verè pœnitens nemo iudicandus sit,  
*Vide præfa-* quandiu hoc ipsum animo non concipit fa-  
*tionem,* cturum. Hinc Hieronymus. Seorsum sem-  

Hiero. in  
 Mat. ca. 7.

 per à turbulentis cogitationibus, & actibus  
 inordinatis, sermonibusq; incompofitis du-  
 citur qui sanari meretur. Verū quia ab hu-  
 iusmodi non separamur, sed omnibus nos  
 vanitatibus exponimus, ideo in deuotione  
 non proficimus. Et quum hæc faciamus, sæ-  
 pius tamen conquerimur, quod Deus non  
 adiuuet nos, vt alios solet, quum nos nobis  
 obstaculum ponere non desistamus. *Ofitio*

pessulū addimus, & cōquerimur, quod ami-  
 cus, non nos visitet crebrius. Cū omnibus  
 libenter loquimur hominibus: nimirū omni  
 um opera, aut quaslibet nouitates cupidè  
 audiendo: & nihilominus expectamus vt  
 Deus nobis loquatur, & vnicè nobis inten-  
 dat, quum nec nos nobiscum simus, sed per  
 omnem terrā vagemur. Similes sumus pue-  
 ris qui aliquo ituri, si quid delectabile vi-  
 dent aut audiunt, postponentes negotium  
 morantur ibi: sic nos: Intēdimus quidē Deo  
 seruire: sed quando quid sensuale occurrit,  
 illic obliuiscētes propositi stamus miseri.  
 Qui aures suas non moderatur, sed ad om-  
 nia libenter auscultat causam salutis seu dā-  
 nationis suę in alterius ponit ore: imo sæpe  
 numero toxicum sumit pro medela. Et qui  
 omnibus passim audiendis adsuescit, corde  
 redditur surdus, vt quæ salutis sunt non au-  
 diat nec intelligat: iuxta quod scriptura loq-  
 tur. Aures eorū surdæ erūt: lingēt puluerē Math. 7. d.  
 sicut serpētes. Nec mirū: nā increpantē vo-  
 cē consciētīæ audire renuunt: vel Dñm ex-  
 portantē tū per scripturas, tū etiā per prædi-  
 catores ac etiā sæpissime per sanctos instin-  
 ctus: sed ad terrena se totos dāt, & ideo sūt  
 sine oī terribiliū iudiciorū Dei timore & pa-  
 uore: & hoc tāto magis, quāto sūt surdiores  
 Qua surditate



DE PROBITATE

ditate nihil horribilius & periculosius. Nā  
 quum vna sit ad nostra sananda vulnera me  
 dela, ipsa vnctio sancta, instruēs nos & edo  
 cens: quæ sola nouit & potest erraticam re  
 ducere ouem, oscitātem ad cursum vrgere,  
 quomodo non insanabili penè plaga, pessima  
 maq; uehementer laborare conuincitur, qui  
 eam habere non meretur. Et huius surdita  
 tis nobis ipsis occasionē damus, eo quod  
 alijs in tantū occupemur audiendis, & deti  
 nemur reuoluendis, vt internus auditus ap  
 tus non sit salubribus obaudiendis. Aures  
 enim nostras terra opplemus hoc est rebus  
 terrenis, & tam vehementi rerū mundana  
 rum fonitu offundimur, vt ad omnem pror  
 sus pulsum spiritualem obsurdescamus, sicuti  
 ei fieri solet qui incudem percutienti coti  
 die adhsit: qui ideo alium sonum nō audit,  
 quia maior minorem sonum offundit. Vn  
 de autem tanta proborum & perfectorum  
 raritas, quam ex eo quod vocē Domini nec  
 audiunt nec sequuntur: qui etiam percipere  
 eam indignos se per hoc ipsum reddunt.  
 Certē credite mihi, si omnes passim clama  
 rent cum Samuele, loquere domine quia au  
 dit seruus tuus, aliud lōge in semetipsis ex  
 perirentur: aliter saperent quæ sunt Spiri  
 tus: aliter iter ipsum conficerent aliud cor  
 de &

de & ore cotidie eructarent. Quomodo enim Dei immensi caperentur amore, qui non gustauit vnquam eius dulcedinem, nec expertus est verè eius mirabilem sollicitudinem erga se querentem: nec quæ facta sunt per ipsum magnalia ipso docete intelligite? Heu fideles reuertimini & agnoscite quam amplis vos ipsos fraudetis bonis per curiosam audiendi pruriginem. Hoc enim ipso omnis boni vobis præcluditis viam, regem excluditis, & vos regno priuatis: de quo dicitur, Regnū Dei intra vos est. Qui rex cū per singularem suam gratiam in te nō habitat nec regnat, facile tunc satanas & mūdus vnā cū suis cupiditatibus imperiū in te sibi vindicāt. Hoc sancti quiq; aduertētes nihil ita sancto ( Leone teste ) timuerūt vt ab ipso Leo.pa. relinqui iugi gubernaculo. Nā vt omne inde emanat bonū, ita si desit cuncta sunt sterilia & imperfectionum cumulis repleta. Ad quod malum nos capit, inexplebilis ista quidlibet audiendi fitis, ipsum à corde nostro excludens Deum. Et re vera mira est in nobis cæcitas, ( quum ipsi tam innumeris scateamus malis ) ita vndiq; aliorum nos studere videamur velle locupletari miseris, de omnium statu & actione libenter audiēdo, ac si timeremus, ne nō satis miseri essemus.

Neq;

DE PROBIBATE

Neq; enim tantū peccamus, quod bona negligētes mala faciamus, sed & aliq; mali origo sapius sumus. Vt enim ille nobis placeat sapius conquirat noua, vel ad mentē reducit vetera, vel fingit aliqua: q; vtique nō faceret, si in nobis non videret illā sensuale auiditatē audiēdorū. Quid igitur insanius, vt qui talibus nos satiamus cōqueramur de distractione mentis, & in deuotione? Quomodo enim possibile est mundam orationē nos posse offerre, aut aliquid piē speculari, qui ianuam aperimus qua muscæ moriētes intrent, quæ (vt ait Salomon) perdunt suauitatem vngenti. Simul etiā aues aduocamus, quas Abraam à sacrificio abigebat: quæ nos dilacerant rapiunt immutāt & illusionibus exponunt maligni, maximè quum orationis tempore ad mentem audita venite soleant: Sed redite queso præuaricatores ad cor, & simul quid agatis intendite, & quales sitis secundum audita scrutamini. Videt Dominus vt filij lucis iuxta Paulum ambuletis, abstinentes ab omni specie mala. Videt an tantis vos exponatis malis tum detractionis, tum vanitatis, tum rerum lubricarum, tum cogitationum, omnis simul tentationis periculis vos dantes quod tanto turpius est in religioso, quanto se maiori feruore exemit mūdo

Eccle. 10. a.

Gen. 15. c.

Eph. 5. d.

mit mundo: & tanto est mundano periculofius, quanto infirmior est in bono.

Non est istud digne Deo ambulare, ( vt apostolus hortatur ) qui vocauit vos in su-

1. Thes. 2. ca

um regnum iam & gloriam: sed magis inquietè & curiosè agere, vt illi de quibus in alio loco ait. Audiuius inter vos quosdā

2. Thes. 3. ca

ambulantes inquietè, nihil operantes sed curiosè agētes. Hinc Gregorius, Graue curiositatis est vitium: quædam mentē ad inue-

Grego

stigandā vitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit vt aliena sciens, se nesciat. Et omnis curiosi animus quanto peritior fuerit alieni meriti, tanto fit ignorantior sui. Sed si hæc de merito, quid de peccato, quid de vitio alterius cotidiano:

Huc vsque ille.

quorum sumus tam curiosi inuestigatores, tam acerbi reprehensores, longè accōmodiores nos exhibendo ad audienda mala, quam ad audiēda bona? Hinc dicit Gerson eos contra præceptum peccare, Nō falsum

Gerson.

testimonium dices, qui delectabiliter nimis adiuuentis nouitatibus, aut aliorum diffamationibus aureis credulas præbent. Hinc Hieronymus, Non licet tibi vituperationem alterius patienter audire quia

Hier.

nec ab alijs optas recipi tuam

Breues

## DE PROBITATE

Breues aliquot normulæ obseruandæ circa visum  
& auditum .i.

**Q**uantum potes cum omni orationis instantia, & iugi labore conare oculos antè te tenere. Quod eo facies facilius si mentem in Deū sustuleris: sic vt quocumque vadas eleuata mente procedas: Quandoquidem oculorū euagatio ex mētis prouenit otio, aut ex defectu pij negotij. Quū enim quis intus in animo pio aliquo occupatur cogitatu, non libet illi sensibus suis occupari aut implicari rebus externis.

II. Quando sentis te prurigine oculorū laborare, ad res aliquas nihil ad te pertinentes cognoscendas, vt ita sensualitati curiositati aut suspicioni conceptæ satisfacias, tūc vel maximè renitere, & maximum reporta bis triumphum.

III. Si euagari te sentis corde aut oculis, caue in eo stes, te aliorum inquinando sordibus aut occupādo operibus: quin citius te met arguendo ad Deum te conuerte: nec quicquam cures quicquid in alijs vides: omnia sine iudicio transeundo: omnia ac si bestiarū essent simplici animo videndo.

IIII. Quicquid vides in tuum bonum conuerte aut aliorum. Nā si mala quis agit, & percipis, potes intra te dicere, Ille hodie,  
ego

ego cras, pro eo Dominum deprecando. Si bonum in alio conspicias, tibi vilescas, in corde tuo Deum benedicendo, & optando ut cum catellis sumere merearis de micis tuorum huiusmodi dominorum.

V. Ex omni creatura quā vides cape piæ meditationis aut eruditionis occasionē, crebrius cœlum intuendo, & eius ornatum solē & lunā, stellarumq; pulchritudinē vicissitudinē temporum, terræ vbertatem, & alia huiusmodi, temetipsum stimulando ad laudem diuinæ potentia & immensa maiestatis: simulq; te ad amorem ipsius vrgendo.

VI. Nihil infructifere videas: sed omnia te ad Deum ducant: & omnis mundi creatura & machina, sit tibi liber ad discendū in spiritu, ad deueniendum in noticiā & amorē Dei. Terrestria animalia actiuam te doceant vitam: volatilia contemplatiuam.

VII. Si superiorē videas peccare, vide ne ob id eum vel contēnas vel iudices. Homo est, non angelus, cuius iudex est Deus. Sublimiter conuenit sentire de patre spirituali: tātoq; est sollicitius resistendū omni tētationi & auersioni in ipsum, quanto ipsum præ cæteris diligere conuenit, & reuereri.

VIII. Quod si res tibi exiguae sint, ne sint tamen animo tuo angustæ: nec aliorū visa

Y

affluentia

DE PROBITATE

affluentia veluti opū vel cuiuscunq; rei alterius mærorem tibi incutiat, aut desiderium, te frustra affligendo : alioqui enim bis miser eris, nempe quod tua desleas, nec aliena acquirere possis.

Pfal. 119.

Pfal. 41.

Cāt. 5. 6.

**I X.** Nonnunquam gernens cœlum suspi-  
ce, nunc dicendo, Heu mihi quia incolatus  
meus: quando veniam & apparebo ante fa-  
ciem Dei, suspirans videlicet ad patriam  
Patremq; cælestem, ciuesq; supernæ Ierusa-  
lem mente inuisens: nunc cū sponsa ad san-  
ctos angelos clamando, Nunciate dilecto  
meo quia amore langueo. Nonnunquā ve-  
lut peccatorū repulsus multitudine aut gra-  
uitate in terram oculos iacta. Ipsa enim  
prorsus muta non est vt loqui nesciat, quū  
in mentem tibi reducat, quia terra es & in  
terram ibis.

**X.** Quando adstas fabulantibus, si vales  
declina: vaniloquos: si fortis admone illos  
si vero hoc non audes, mentē in Deū iacta,  
& non eis intendas? Audiendo surdū te præ-  
beas. Si adhuc pusillus es, & valde ad vani-  
tatē propensus, tanto magis tibi caueas, ne  
vt captius aurem huiusmodi præbeas.

**XI.** Si super te audias alios tentatos irri-  
dentes aut detrahentes, nil hoc te moueat.  
Similiter nec tibi placeas de laudantibus te  
aut

aut honorantibus, cogitans quod ut ne horum laudes te bonum aut meliorem facere queant, ita nec illorum vituperia te possunt reddere peiorem. Dices ergo cum Paulo, Mihi pro minimo est ut a vobis iudicer aut ab humano die. Magis tamen semper tibi caueas a laudatoribus, quam a vituperatoribus: nam plus semper timenda sunt verba blanda quam aspera, magisque fugienda, eo quod huiusmodi sermones animam hominis quadam voluptate resoluant.

XII. Si aliquid ab aliquo rogaturus sis per patientiam clipeum te metipsum premunias, ne si negauerit, inopinato casu magis turberis. Quoniam etiam ab ipso superiore corripieris, caue id putes a malo ipsius erga te affectu procedere: sed pro certo tene id ex charitate procedere: & ad te probandum prelatum se tibi duriorum exhibere: aut etiam (ut sepius contingit) ex voluntate diuina te probare volente id venire. Nam ut Salomō ait. Cor regis in manu Domini: quocumque voluerit inclinabit illud. Si autem arbitraris te eam aut certe tantam increpationem non commeruisse, cogita ceterum esse unumquemque in causa propria: deinde etiam cogita te olim aliquando correptionem commeruisse longe hac duriolem.

XIII. Si ab alio admoneris, etiam ab inferiori

Y ij

sive



#### DE PROBITATE

siue etiam à passionibus quibusdã deuictis, vide ne ob id irasaris, aut increpationem reijcias: fortè enim Dominus loquitur per eũ. Nec enim te mouere debet dicentis auctoritas, nec quis, sed quid loquatur debes attendere.

XIIII. Quando missæ audis sacrificiũ, cũ attentione recogita amarissimã Christi passionem; sicuti in memoriam passionis & mortis Christi, hoc est sacramentum & missæ officium institutũ est. Secundo stude idẽ sacrificium corde Deo offerre vnã cũ ipso sacerdote, cui te ipsum vnire debes in feruore illo, quo ipse semet obtulit Christus in ara crucis: Atq; hoc facies primum generaliter pro salute totius mundi, deinde specialiter pro causis & amicis te cõcernentibus. Quẽ admodum aut cõmunitas aliqua suo volẽs principi quippiam offerre, aut ab ipso quippiam petere, vnum aut alterum sibi constituere solet patronum aut commissariũ, qui multitudinis in offerendo postulando, aut orando vices gerat: ita in missæ sacrificio tota adstans multitudo aduocatum & intercessorem habet ipsum sacerdotem: atq; ob hoc ei debet populus ipse in communi desiderio ac voto coniungi. Tertio ne omittas quin spiritualiter eucharistiam cotidie suscipias:

pias: desiderans quidem particeps fieri omnium gratiarum ipsius sacrificij, non minus quam si ipse visibiliter illud acciperes: apprecans vero cū magna humilitate, vt vel micam vnā de mensa Domini merearis accipere. Quarto, diligenter attende ijs, quæ à sacerdote aut ministris mos est altius pronunciari, & auditis te ipsum tā affectu quā opere stude accommodare.

XV. Quando vel loqueris vel loquentē audis, si vis tibi esse consultū, caue omnimodo, ne totus illud agas: sed si potes ad omne punctum mentē eleua: per hoc enim mirè Deo placebis, & superamodū id cōmodo tibi erit. Habeto autem te ad instar nutricis filium suum semper sollicitè obseruantis: vel discipuli suū pædagogū, vel regis suum consiliarium, vel itinerantis suū ducem. Cogita enim te nihil gratum facturum Patri si non fratrem tuum minimū adduxeris tecū lesū, quem caue etiam ne vnquā perdas, reus enim mortis est qui non custodit Christum Domini.

Quo pacto labor sit exercendus ne impedimentum præstet spiritui. Cap. 20.

**Q**uomodo in omni actione te habere deceat iā edicamus. In primis quā spiritui datū sit corpus in obsequiū, ipsumque spi-

Y iij

que spi-

DE PROBITATE

que spiritum aggrauet, vt nō quantū possit  
 sapiusq; velit valeat ob annexam corporis  
 infirmitatem: ideo cum vicissitudine quadā  
 vtendū est spiritualibus: & regendus est fer  
 uor ne plus æquo ferueat. Quod nunquam  
 rectius fit quam si dum spiritualibus nō pos  
 sumus nec debemus intendere, nonnunquā  
 corporalibus nos demus: tum vt corporis  
 nonnunquam saluti prouideamus, tum vel  
 maximè, vt spiritus, moderato labore in suo  
 permaneat vigore: qui vel otio extinguitur  
 (ipsum enim omnium est sentina malorum)  
 vel immoderato labore opprimatur. La  
 bor enim si non ex obedientia fit, vt medici  
 na est seruanda accommodanda & tēperan  
 da: nimirū vt taliter ac tantū tibi laborē im  
 ponas, quantū spiritus sanitas requirit. Vn  
 de colligitur quā indecenter agant pleriq;  
 religiosorū sic misere diē laborando expo  
 nentes, quasi videantur id vocationis esse  
 principale, putare: quū labor non nisi ob spi  
 ritum fouendum concedatur. Vnde cōstat  
 eos, nisi in suis subinde operibus iaculatorijs  
 intendant orationibus non parum extra se  
 mitam suæ professionis excurrere. Proinde  
 labor ne sit inutilis, requiritur vt sit talis cui  
 sit mēs dedita, & non permaneat otiosa: ne  
 labor non sit remedium profectus spiritus,  
 sed aperta ianua omnis vitij. Similiter etiā

qui laborat oportet vt cū delectatione quadā hoc agat, ne sit tedio vel amaritudine affectus, & tētationibus subiaceat, cordisq; pace careat. Quā qdē amaritudinē facile quis que euitabit, si cū laborū vicissitudine & alteratione laboret corpore & mente: aut sal tē, ( si propter obedientiam aut necessitatē diu nequeat cessare) si inter laborandū ( vt credo) iaculatorijs vtatur orationibus, sic vt Domino & sanctæ satisficiat vnctioni. Sic enim laborē suū nō solū vindicabit à tedio, sed cū multa etiā spiritus iucunditate eum peraget. Suo enim aduentu dulcorat omne amarū sponsus dulcissimus Dominus Iesus. Nā quod quis piā amaricetur corde, hoc plerunq; fit (etiā si piā habeamus operis intentionē, quā semper habere decet, non tā nostrū quā alterius cogitando bonū, nisi necessitas aliud facere cogat, nēpe vt salutē proprię, aut proximis, aut filijs prouideamus) q; ipse non simus memores, q; dulcis vnus cōfabulo recreator subleuator & amicus asciscendus esset, eo q; gaudeat suorū interesse p sui causa assumptis laborib; , à cuius auxilio omnis laboris depēdet foelicitas. In oī actione nostra siue manuali, siue quacuncq; alia, cauendū ne nimis simus effusi. Quæ quidē effusio in spiritali homine magnū præstat impedimētū pfect. Nā & si feruere debeam?

Y iij

intenti

DE PROBITATE

intentionis feruore, debemus tamen nihilominus maturi & moderati esse in omni actione. Ipsa enim effusio agit ut mens turbida sit & inquieta, quæ semper pacata otiosaque manere debet, si spiritu adhærere Deo quis velit iuxta illud. Vacate & videte quoniam ego sum Deus, iuxta Senecæ ergo sententiã, Inter se ista miscenda sunt, & quiescēti agendum, & agenti quiescendū est. Facit etiam ipsa effusio, in eo quod Dominū nō recordatur in innumeras effluere imperfectiones. Scimus enim quod spiritus quanto magis occupatur vigilijs & externis deditus est, tanto minus opportunitatē habet, quid dicat, agat, vel cogitet aduertēdi, ut etiam merito dicere possit, Sicut aqua effusus sum & dispersa sunt omnia ossa mea, & ut rectè etiam dictum videatur ipsi Rubem à patre suo Iacob. Effusus es sicut aqua, non rescas. Sic certè est, qui per sui debitam moderantiam multorum bonorū fieri potest particeps, videlicet spiritualis profectus, & externi laboris, per nimiam effusionem vix laboris ipsius apud Deum meretur precium, quū tantæ quandoque immistæ sint imperfectiones ut vel præponderent totius laboris fructui vel etiam destruant ipsum. Non sic sancti plerique agere solebant, qui sic vnicumbebant

Pla. 45.  
Sen. epi. j.

Pla. 21.

Gen. 49.

cumbebant operi vt nobilissimo fructu spiritus nunquã se paterentur frustrari: sic corporalibus intenti vt nunquã animã obliuiscerentur: sic externis vt semper in interioribus excubarẽt: sic hominibus obsequẽtes, vt Deũ non postponerent propter quẽ se exercebant in alijs: sicut Salomon Dauidis filius <sup>2. Par. 1. b.</sup> legitur orasse Dominũ. Da mihi, intelligentiã & sapientiam vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo. Nam re vera damnose & infelicitate se externis occupat si in interioribus se gerere ritẽ nõ didicit. Felix proinde qui sapiens est in hac thesaurizandi arte & sanctæ cuiusdam agitur auaritiæ stimulis. O quanta sibi is in vno opere conquirit bona, in cuius simili aut eodem vel nulla alius acquirit bona, sed potius mala.

Aliquot præceptiunculæ in laboribus obseruandæ. 1.

**I**n omni opere tuo considera quid oporteat, quid deceat, quid liceat, quid conueniat, vt ne quid agas inconsulte: simulq; ante omne opus mentẽ eleua, orationi incube, bonum propositum in ipso te stabiliendo firma. Vbi te nimium effudi super opus senseris, vel mente ociari, continue suspirando ora ne ille te deserat, à quo tuus profectus dependet. Recordare etiã laboris Christi ipsum deprecãdo, vt in gratiarũ actionẽ  
pro

DE PROBIDADE

Berna. ser.  
1. ad fr̄s:

Gen̄. 3. d.

pro labore illo tui causa suscepto, tuū istum laborē dignetur suscipere. Præterea iuxta beati Bernardi doctrinā causam laboris cogita in tuo labore: videlicet transgressionē illā primorū parētū, & reliqua peccata per alios & per te super addita, ob quæ istis subacti sumus erumnis & laborū molestiis, sicuti Dominus dicebat ad Adā, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Cogita hanc vitā laboribus & molestiis vndiq; esse plenam, vtpote in qua nihil pene paretur sine sudoribus: & suspira ad vitam illā beatā omnis boni affluentia redundantē: omnis vero laboris pœnæ & aduersitatis nesciā.

II. Caue quisquis christianus es ipsius cui omnia debes obliuiscaris, aut diligentiam tuā facere negligas in omni opere tuo eius esse memor, ne videlicet totus dies elabatur citra eius recordationem cui ineternū cupis adhærere, & quem nunquā nō tui cupis esse memorē. Proinde in omni tua actione prefige tibi regulā, statue memorialia in ipsum cor eleuandi. Vt si scribis quoties atramēto calamū intingis suspires, ipsum preceris breui oratiuncula, Si legis, quoties certas perlegeris lineas idē facias: & consimiliter in omni tuo opere, nō minus qualiter quam quid agatur attendens.

III. Quicquid operaris, citra strepitū citraq;

tracq̄ turbationē id agito, cū tranquillitate etiā animi. Sunt enim quidā immodestiores quicquid agūt videntur cū impetu & mēte agere tētata, vt pręter hoc q̄ seipſos ad Dei inhæſionē pene ineptos reddere videntur, etiā alios ( tametiſi forſitā nihil ſubſit mali) ſcandalizant ac turbant. Vt aut̄ in moribus blandi, ſic in actione debemus eſſe quieti.

III. Omnibus etiā in labore te exhibe inferiorē : nec facilē patere tibi ab alio miniſtrari: quin potius præuenire quēlibet labora, in præſtando obſequio. Quicquid vel ex imperio vel ex proprio motu facis, & quicquid aliq̄ exhibes obſequiū, ſtude hoc non tã fideliter exequi, non ſecus quã ſi id ſummo faceres Domino, quã hilariter, quo omnis pulſet foras mētis meror & tediū : ita enim labor tuus maximē Deo erit gratus, vel Paulo atteſtante, q̄ ait. Hilarē datorē diligit Deus. *a. Cor. 13. b.* In fine aut̄ tui operis, ora Dominū vt p̄ exercitio quod illi fortē debes interno, cui fortasſe præſtando inidoneus es externum iſtū laborē benignē dignetur ſuſcipere: Deinde etiā ora vt quicquid per infirmitatē aut aliās in ipſo labore deliquiſti, tibi nō dedigneret̄ miſericorditer ignoſcere. Quod ipſum facere tenetur omnis chriſtianus etiam ſecularis, tam primo ſtatim diluculo è ſuo conſurgens ſtrato, quam ſub noctem iam



DE PROBITATE  
se se componens ad quietem.

Quo pacto se religiosus quisq; in sumendo cibo habere  
debeat. Cap. 21.

**Q**uomodo autē in comedendo se qui-  
libet habere debeat, eo quod multi in  
hoc delinquant, iam restat dicendū.

Ante omnia, illud religiosa quadam  
consuetudine obserua, vt non præceps irru-  
as in cibum, vt canes & aliæ solent bestia:  
sed cum præparata mente & animo aduer-  
sus insidiantem munito lentè cibum capias.  
Tūc enim inimicus magis vigilare noscitur,  
cum homo infirmæ carni seruiens infirmior  
spiritu videtur. Vnde & tum maximè vigi-  
lare hominem necesse est, quum tunc quasi  
ab vno inimico videatur victus, vt alius lō-  
gè facilius se posse putet subintrare. Ad ci-  
bū ergo accedendū est tanquā ad medicinā,  
quæ prudenter accipenda est, ne si secus ac-  
cipiatur quam oportet, nō sanitatē adferat,  
sed potius morbum exacerbet, aut aliū etiā  
consciscat. Et præterea tanquam ad crucē,  
non sine humilitate dolore admiratione &  
pudore quodā ad mēsam accedendū, quod  
homo rationalis, creatus iuxta imaginē Dei  
vocatus ad vitā illam perennē tam irratio-  
nali cibo indigeat quodq; sine vilissimis istius-  
modi rebus vitā suam cōseruare omnino

non

non possit. Deinde fuis ad Deū precibus orabis in te excitari famē alimonię spiritua-  
lis, vt ea potissimū esurias quę præstantio-  
ra & perpetua sunt: ad ista vero corporalia  
tanquam necessitate coactus, non volupta-  
tis capiendę desiderio tractus adeas. Præte-  
rea necesse est vt cibū sumpturus ad ipsum  
cum timore accedas ne capiaris, & præmis-  
sa prece ne excedas, & simul vt veram par-  
simonię virtutem conseruare possis. In ipsa  
mensa decet vel maximè benefactorum &  
parentum recordari, quum tunc eorū pasca-  
mur sudoribus, pro quorum fortè immode-  
ratione acquirendi affectu ipsi fortasse acri-  
ter puniuntur, grauissimā famem nostrarū  
precū patientes. Quibus( quum debitum  
vrgeat( non succurrere, vel saltem cōpassio-  
ne non concuti super fratre suo efferre mē-  
tis iudicatur. Ad hæc qui sibi benè consule-  
re velle exacteq; Domini exequi benepla-  
citiū, deberet priusquā dantis alijs donis  
accipiendis se ingereret de datorum ingra-  
titudine confiteri: suam ingratitudinē ac mi-  
seriam damnando ac detestando: diuinam  
vero bonitatem, quę nihilominus suā mu-  
nificentiam in nos declarare non desinit suspi-  
ciendo & laudando. Hoc enim modo mirè  
se mens sentiret accendi spiritu, Nihil Deo  
gratius

In teutonico  
plura  
sunt.

DE PROBITATE

gratius quā quū nos deprimimus, & ipsum admirando laudamus. Nā vitia & peccata conuenit tū recordari, & simul per propostū nouum Deo studere placere: ad euitandum periculū mortis & aliorum malorum, quod sepius cernere est multos incurrere vel inopinate inter edendū, ita vt tū nihil ferē boni vel liceat vel libeat cogitare. Hinc nō abs re Iob sanctus de seipso dicit. Antequā comedā suspiro. Nō est autē q̄ quisquā hic conqueratur hęc nimirum esse prolixa, putetq; difficulter hęc omnia ob prolixiā quādam quā exigere videntur morā ita posse impleri: quū breuibus hęc & affectuosis quibusdam possint fieri quam facillimē suspirijs, aut oratiunculis vocalibus si non ob aliud, certē ob id vt nostrę auiditati in capiendo cibo frenum inponamus. Indecens enim est, nec imperfectione caret grauiuscula, suis huiusmodi bestialibus moribus non imperare in conspectu Domini qui omnia interiora dijudicat.

Pia quædam documenta de ratione se habendi in mensæ principio: de pijs quibusdam exercitijs circa comestionem; & de quibusdam tunc maxime vitandis. Cap. 22.

**I**n ipso statim mensæ principio nos ipsos sollicitē oportet obseruemus & cohibeamus

beamus, quod tunc maximè feruere soleamus importuna quadam vorandi cupiditate, & totos nos in cibum effundere. Qui se in principio non continet, spiritum quantum valet in Deo studendo fixum habere, toto timendum prandio vacuus mente erit. Nam quum facilius gratia teneatur quam acquiratur, qui eam negligit in ipso principio, timendum, quod multo minus & inefficacius ad eam conseruandam seu parandam laboraturus sit in fine. Oportet autem omnem diligentiam adhibere vt semper temperantes simus, & nostræ sciamus atq; seruemus necessitatis mensuram, spiritui nostro semper potius consulentes & studentes quam carni. Nam si spiritum negligamus in varia nos necesse est diffluere vitia. Hinc totius pene pomeridiani temporis vel prosperitas futura vel iactura dependet: scilicet ex bene inchoata & ritè consummata commestione. Quòd autem non perinde rectè nec disciplinatè incipiat quispiam, hoc videtur inexcusabile: quod vero inchoans religiosè, non ita consumet perfectè, hoc infirmitatis esse probatur. Vnde etiam talis à Domino & facilius merebitur veniam, & subinde maiorem (si laborans iugiter contra semetipsum dimicet) experietur

perietur

## DE PROBITATE

experietur gratiam, & opem diuinam. Effusio super cibū omne bonum destruit mentis quod est, & impedit quod non est. Vnde quanto id cominus est & peius, tanto quisq; qui religiosè vt christianum decet vult cibū sumere, id in se studiosius obseruare debet, & sæpius eidem si non semper valet) resistere: mentem suam dū bolum masticat eleuādo in Deum. Hoc si quisq; faceret, facile deprehenderet an Domino satisfaceret, quū ipse qui nihil admittit indisciplinatum statim id indicet. Mens enim quæ, Deo iugiter adhæret, est velut speculū, quod diuinis continuè radijs illustratur. Vnde sicut in speculū nullus quamuis exiguus cōtingit anhelitus, quin aliquid claritatis auferat: ita nulla tā exigua imperfectio, quæ non aliquid facilitatis adimat aut impedimentum præstet, ipsum videndi alloquēdi vel amplexādi. Quinimo ni statim occurratur priusquā mens multis oneretur, & à Dei agnitione et amore penitus excidat, paulatim eueniet, vt mens ipsa nihil omnino videat. Sed si sese in quiete contineat, grandis displicentiæ in se inueniet argumentum, nempe amaritudinem quærimoniam & indignationē ipsius amoris qui pergrauiter est lesus. Proderit etiam hæc mentis eleuatio ad extinguendā complacentiam

complacentiam & delectationem quæ gustum internum solet inficere. Nam quanto mens est alijs attentius occupata tanto minus percipit in alijs. Verum quū non æque omnibus ocium sit hoc actitandi (etiāsi forte vsitato in spiritu facilè est) nec feruor ad sit omnibus sufficiens: poterit qui religiosus est, & lectionem audit, ad punctum quemlibet lectionis mentem eleuare, aut saltem ex lectionis materia, materiam suspirij aut piæ cogitationis accipere. Qui vero secularis est, & lectionem nullam audit, poterit mentem ad Dominū dirigere ipsum comitando euntem ad conuiuia, & facta eius imaginatione meditatione & oratione prosequi.

Die lune ergo (vt pius quidā tradit doctor) cum lesu comedas qui, qui pastu paruulorū exiguo pastus est puer: qui esurit post quadraginta dierum ieiunium, nec tamen tentatus obediuit suggestori: qui ad nuptiale cōuiuium inuitatus ire voluit, vbi aquam conuertit in vinum: & pete ab eo vinum: vt sicut vinū fecit ex aqua, ita quicquid adhuc in te est aridum frigidum & insipidum, fiat ipso iubente delectabile feruens & sapidū. Pete & panē animæ, diuinum scilicet amorem, primum tibi, deinde ijs qui Christū in cordibus suis portare cupiūt per iugē ipsius

Z memoriam,

Mat. 4.  
Iohan. 2. 6.

DE PROBITATE

memoriã, vt & ipsi dulci ipsius mereantur  
pasci amore. Pete ab eodem & defunctis pa-  
nẽ miserationis diuinæ, vt per operũ ipsius  
merita & sanguinis virtutem omnia illorũ  
debita relaxentur.

Mat. 9. b.

Ioh. 4. a.

Psa. 41.

Luc. 7. f.

Die martis cogita quomodo Dominus cũ  
peccatoribus comedit, orãs ne etiam tuam  
dedignetur adire mensam & domũ, Cõtue-  
re & sitibundum defatigatũq; Iesum puteo  
assidentem, & ab adultera potum petentẽ,  
& roga ipsum ne & te innumeris contami-  
natũ adulterijs & scortationibus à se proij-  
ciat, sed contra magis impertiat quo ipsius  
erga te siti queas satisfacere, ipsum sic sitiẽ-  
do spiritu vt antea carne concupisti alia, vt  
dicere possis cum propheta, Quemadmo-  
dum desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita  
desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit ani-  
ma mea ad Deum fontem viuũ. Contẽpla-  
re & magdalenam, & erubescere tuam super-  
biam, & paruã pœnitentiam. Aspice Domi-  
num consolantem, & ne dubites ipsum esse  
plusquam misericordem: & pete ab ipso vt  
etiã te pascere dignetur amaro ac duro pa-  
ne veræ pœnitentiæ: & potum tibi largia-  
tur salfarum lachrymarum, quo sic tandem  
& consolationem accipere merearis, & per-  
fectam omnium commissorum condona-  
tionem.

tionem.

Mat. 12. a.

Die mercurij comedes cum Christi discipu-  
lis per terram euntibus quicquid fuerit ap-  
positum: & cum gratiarum actione pauper-  
tatis tuæ prandium olere celebrabis, repu-  
tans hanc tibi missam à Domino nihil aliud  
requirendo. Hic etiam cogita conuiuium il-  
lud quod paterfamilias extruxit filio prodi-  
go reuertēti, occiso illi vitulo saginato: per  
quod indicatur cōuiuium illud Patris cœle-  
stis nēpe gaudiū felicitatis perpetuæ: quod  
ille nobis parauit Christo tanquam vitulo  
quodam saginato, hoc est omnium gratiarum  
& donorum pinguedine pleno, pro nobis oc-  
ciso & mactato.

Luc. 11. h. a.

Die iouis vide Dominum, turbam quinque  
millium, quinque panibus pascentem, rogās  
vt te pascat spiritu, vti millia milium & de-  
cies centena milia ipsi adhiētia iugiter sua  
pascit diuinitate. Audi & cum dicentē, Ego  
sum panis viuus qui de cælo descendi, ro-  
gans vt ipsius per ecclesiam vniuersam ob-  
lationis (quæ cotidie in sacrificio offertur  
altaris) particeps fieri merearis: & cum edē-  
tibus sensibilibus: semper spiritualiter man-  
ducare, & effectum merearis participatio-  
ne gaudere. Comedes etiam hoc die cum

Ioh. 6. a.

Ioh. 6. a.

Mat. 26. b.

Zij ipso



DE PROBITY

Exo. 12. b.

ipso & eius apostolis agnum paschale, idem  
adiunctis lactucis agrestibus deprecās ne te  
percutiendi angelus satanae potestatem ha-  
beat: & vt liminare tui cordis insignire san-  
guine suo velit per iugem compassionē &  
memoriā amaræ passionis suæ & cruciatū.

Die veneris bibes præciosissimum Christi  
sanguinem in remissionem criminum mūdi  
effusum, orando ne sanguis tam præciosus  
in te suo frustretur effectu: sed vt per eum  
quem in horto effudit orans, ab omni pecca-  
ro debita poena libereris: per eum quem in  
flagellatione, sanitatē acquirere mentis pos-  
sis: vt sicut ipse toto corpore sanguine ma-  
didus fuit, sic tu in Domino ab omni affe-  
ctione praua & passione sanari merearis:  
per eum qui in cruce effusus est in hora mor-  
tis, nulla mortalis culpa ab ipso te separet  
nec venialis ab introitu paradisi impediatur  
aut remoretur: sed sicut ipse mortem plenē  
gustauit per humanitatem, totumq; suū san-  
guinē pro nostra salute effudit, sic te vitis  
omnibus demortuum in ipsa corporis mor-  
te ad vitam possidendam æternam nil im-  
pediat, quod admissum est per carnis fragi-  
litatē. Cogita lachrymas pro te in cruce effu-  
sas: cogita siti affectū felle & aceto potatū.

Heb. 5. b.

Job. 12. 21

Die sabbati comede cū eo in domo Mar-  
thæ &

thæ & Magdalenæ & ora vt vtriusq; perficere merearis affectum: nempe et Domino seruire in suis per obsequia charitatis, & ad hæerere nihilominus ipsi in se per pias meditationes cõtemplationesq;. Respice & charitatem se catellis colligentibus de mensa dominorum suorum cadentes micæ cõparantem: & tu quoq; fac similiter.

Mat. 15. c.

Die dominico recordare conuiuij in Emmaus celebrati, & vna cum discipulis Christi inuita, & vt ad te ingrediatur coge etiã, dicens, Mane nobiscum Domine quoniam aduesperascit, & inclinata est iã dies. Nam re vera lumen diuinæ gratiæ & scientiæ & feruor diuini amoris recedunt: tenebre autem caligo, pluuia & venti sequuntur Christo à te recedente, mundoq; iã vesperascente.

Luc. 24. e.

Inter his etiam conuiuio illi quod adscensurus fecit cū vndecim discipulis, quando exprobrauit incredulitatē eorū & duritiã cordis, orando vt augeat tibi fidem, & det cor non iam saxeam sed carneum ad omne eius beneplacitū flexile sequax & volatile: & amore captorū instar clamando, Trahe me post te. Verum vt hæc cõmodius per pia & crebra suspiria fieri atq; adimpleri possint, cõsultissimum & saluberrimū foret, si seculares ipsi religiosorum hic imitantes exemplū,

Mac. vlt.

Can. 1. a.

Z in lectionem

DE PROBITATE

lectionem aliquam in vulgari idiomate sub mensam sibi recitari curarent. Quod sanè si maiores & parètes facerent, facile etiã filij eodem ducerentur, atq; ita hoc bonum ad innumeros tandem diffunderetur, eòq; hinc multorum acquirerentur dispositiones bonorum. Geminus autem potissimum sequeretur fructus, nam multi multa audirent ac discerent bona, & simul multæ vanæ (quæ inter edendum maxime fieri solent) tollerètur confabulationes. Qui verum habet Dei timorè hec non obliuiscatur, ne similis ethnicis Deū non timentibus fiat, qui quomodo stercore faciant sollicitè aduigilant, quomodo autem nobilem animam satiare possent ignorant. Etiã atq; etiam mihi vide an christianum deceat corpus enutrire, & animæ sanitatem negligere, quum non anima propter corpus sed corpus propter animam datum sit, vide an æquum sit ancillam contumacem delicate enutriri, & dominam fame cruciari, quæ & incommodis varijs sat superq; ex ancillæ nutrimento afficitur. Nam illa vt improba quanto ipsi magis applauditur, tanto importuniorem se dominæ hostem præbet.

Sed & silentio linguã tunc præcipuè decet refrenare. Quum enim tunc carni satisfiat,  
et illa

et illa ex se petulans sit, tunc maximè quasi, fomētis suæ lasciuæ adiuta singulariter ad dissolutionem verborum, risuum, iocorum est prona. Cui accedit maligni versutia, qui tunc maxime tentando vigilat, quando ad casum proniores respicit. Vnde diues qui splendide epulatus scribitur in inferno lingua cruciatum testatur scriptura, non solū propterea quod epulatus fuerit cotidie splendide, sed etiam quod linguam sepius soluerit ad ineptias sermonū, quia hoc illud vt plurimum subsequi solet. Decet etiam specialiter & oculos seruare, nec aliorum curiosè videre mores, ne vel alios obseruare videaris, vel in alijs videas, quod mentis quietem turbet, aut dissolutū faciat. Decet insuper non lustrare huc aut illuc, & vagari ad omnia mensæ apposita: quasi os non sufficeret, nisi etiam quasi oculis edere velle videamur: quod est indicium delicatæ & intemperatæ gulæ, indisciplinatæ mentis & vagi cordis. Cetera etiam membra omnia modestia quadam debent ornata esse, vt nihil in pio homine conspiciatur quam quod edificet & imitabile sit. Huius etiam modestiæ rationem vel maximè in capiendo & tractando cibo haberi decet: quæ seruanda est non minus in modo quā in dispositione.

Ziij

Sunt

DE PROBITATE

Sunt quidam adeo rudes in edēdo, vt adspī  
cientibus fastidium ingerāt: adeo immundi  
& sordidi vt pene porcis inferiores videan  
tur. Necnon ita quidā apertē suam ingluviē  
testātur opere, vt nihil honestati tribuere  
videntur. Quidā delicatioris cibi adeo sunt  
auidi, & sensualitatis expletores tam aperti  
vt nec Deum reuereri videantur nec ho  
mines. Quæ in omni christiano indecen  
tia sunt, eo quod sicut fideles omnes sanctæ  
sunt vocationis, sic in omnibus ipsos san  
ctos mundos & irreprehensibileis esse dece  
at, vt glorificent Deum nō solum in corde,  
verum etiā in corpore suo, iuxta quod apo  
stolus dicit. Omnia honestē & secundū or  
dinem fiant in vobis. Et sapiens ait. Immor  
talis est in cogitatione sapientia, & amici  
tia eius delectatio bona, & in operibus ma  
nuum illius honestas sine defectione. Vnde  
accipe, qui honestatem non habet, eum nec  
Deum habere cordis sui inhabitatorē, nec  
esse sapientem, sed de eorum potius nume  
ro esse, de quibus alibi dicitur, Stultorū infi  
nitus est numerus, & simul in Deum pecca  
re quisquis illā non quærit, quum vt Ecce  
siasticus ait. Paupertas & honestas à Deo  
sint. Quod re vera licuit videre nōnunquā  
in eremitis, & alijs nōnullis pijs hominibus,  
qui

1. Cor. 14. 8.  
Sap. 8. d.

Eccl. 1. d.

qui plus in se habebant honestatis tametsi  
ruri habitaret quam qui in aula nati & edu-  
cati. Tua igitur serue Dei, modestia nota sit  
omnibus hominibus: Dominus enim pro-  
pe est: nec aliter quam si Dominum iugiter as-  
piceres te geras: ita eum reueraris presen-  
tem per fidem, vt quemuis a te visum homi-  
nem. Nihil praeter apposita delicati appet-  
tas: nihil apportes. Communia quaeq; cum hu-  
militate & gratitudine sume, reputando tua  
paupertatem diuitias esse aliorum respectu.  
Cae vnquam tuo desiderio satisfacias po-  
tius quam necessitati. Palatum tuum fames  
excitet non sapes. Principijs obsta: & quum  
magis te tentari sentis, tum vel maximè re-  
luctari oportet. Nec sualori auscultes dicē-  
ti, hac vice fac, cras abstinebis: nam qui non  
est hodie, cras minus aptus erit. Mora enim  
validiorem facit aegritudinem & difficilio-  
rem curationem.

Phil. 4.3.

Plura sunt  
in theuton

De seruanda maturitate, &amp; vitanda lenitate Cap. 23. co.

**I**N omni loco te exhibeto maturum, & tur-  
pissimum ducito lenitatis notam incurre-  
re: quia remissum facit animum, aditum  
praestans ad quoduis malum. Omnis pene dis-  
ciplina in hoc vel periclitatur vel solidatur  
Cogita cui adstas, quae te circumstant, quae  
impendent, & quibus debitor es: & facile  
inuenies

DE PROBIDADE

inuenies quæ te ad luctum inducant, & dis-  
 solutionem vincant. Deo adstas, pro te cru-  
 cifixo, qui non semel fleuisse legitur, risisse  
 nunquã. Malis & periculis innumeris tam  
 corporis quam animæ vndiq; circumualla-  
 tus es: rationẽ reddere oportebit de omni  
 actione. Et quum Dominus vniciq; man-  
 darit de proximo suo, tã sapientum quã in-  
 sapientum debitor es, vt malis eorum com-  
 patiaris: & si necesse sit etiam succurras. Si  
 hæc voluas mente iugiter, an adhuc libebit  
 ridere? an adhuc cachinnos emittere? quum  
 Dominus dicat, Væ vobis qui ridetis nũc,  
 quia flebitis. Dico quod verum est, si oculos  
 iugiter mentis ad prædicta iurentos habere  
 mus, cruciatus nobis risus foret. Dic enim  
 mihi, vidisti aliquando aliquem euntem ad  
 patibulum ridentem? aut matrem vel patrẽ  
 periclitantem audisti in mari & exultantẽ.  
 An ipse vsquam in discrimine capitis aut vi-  
 tæ tuæ fuisti tripudians? Qui ergo fieri pos-  
 set vt inter tot discrimina metus terrores  
 mortes, cachinnis & leuitatibus dissoluere-  
 ris, si iustam horum mires rationem: si cogi-  
 tares quod nec vna quidem vitæ hora tibi  
 supersit certa: quod qualis tibi finis futurus  
 sit bonus ne an malus omnino nescias: quod  
 quo mortis genere hinc tollẽdus sis prorsus  
 ignores.

Eccl. 27, b.

Luci. 4, d.

ignores. Qua de re non immerito nec inuti  
liter tales vulgo ferunt versus.

\*

Drie dinghen dinck ick alijt voor waer.  
Die mijn herte maken bouē matē swaer.  
Deerste beswaert ende verādert mijn bloet  
Als ick peyse dat ick emmer steruen moet.  
Dat tweede beswaert mij noch veel meer  
Vuant ick gheenē tijt en weet wanner.  
Dat derde beswaert my noch bouen al.  
Vuant ick niet en weet waer dat ick varē  
sal.

Sunt tria quæ semper memori sub pectore  
condo.

Quæ mihi perpetuo corda dolore grauāt  
Primum magnopere durum est, quo con-  
citus horret.

Sanguis, cum dirę cogito iura necis.

Altera res stimulis multo grauioribus vrget

Quod nō sint mortis tēpora certa mihi.

Tertia precipuū mærorē mentibus adfert.

Quod nequeam dandi præsciis esse loci.

Quum ergo nullus vel diem certum habeat  
vitæ: nec sciat quisquam an æterne damna-  
tionis sit filius, an aliud: quū laboret inopia  
Spiritus: quū videat tā innumeros tātis sub  
iacere, alios corporis alios aī, alios vtriusq;  
malis:

malis:



DE PROBITATE

malis: Deum omnipotentē inhonorari, pietatem nihili fieri: omnia ad interitum vergere: qualis putas est apud Deum culpæ & negligentia leuitati adhuc sedare. Sciat certò quicumq; hoc agit, nunquam se ad profectū verum peruenturum, eo quod langueat in amore qui tā remissus est in dolore. Simul & consolari indignus est in luctu, qui tā frequens est in risu. Nō habitat Christus in domo tali, in qua crepitant tam leues venti. Nec Deum meretur habere amicū, qui conuincitur velle placere hominibus, & oblectari stultitijs: quia vt sapiens loquitur, Qui

**Pro. 12. b.** vanus & excors est patebit contemptui, ita vt tanto minus placeat Deo quanto crebrior est in isto. Errat enim à Deo, errat à Spiritu, errat à veritate & pietate qui delectatur risu vanitate, iuxta sapientem, qui

**Eccle. 2. a.** dicit. Risum reputavi errorem: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Meritò ergo omnis talis leuitas cēsetur rescindēda. Hac de re ita scribit Bonauentura. Morum leuitas aliquando potest esse in bono ad horam sed in deuoto nunquam, eo quod planè contrariatur deuotioni. Nam is est vel in pio luctu, cui contrariatur leuitas, vel cum spōso cubante in meridie: & tūc nihil turpius foedius & ingratius, quam admittere gaudium adulteriū.

**Pro. 12. b.**

**Eccle. 2. a.**

**Bona.**

adulterium. Quod si vero in neutro sed in ariditate sit mentis, nihil etiam quam tū leuitate dissolui indecentius: quum pro certo scire debeat, quam diu se huiusmodi dedicat, non solum non Deum habiturū se spōsum: sed grauius etiam ipsum quasi adulterando offendere & contēnere. Non est hoc pudicæ spōsæ, instar eius quæ ait. Surgā & circūibo ciuitatem: per vicos & plateas que ram quem diligit anima mea: quæ item alibi clamat dicens. Reuertere, similis esto dilecte mi capræ hinnuloq; ceruorum. Heu heu, quomodo anima illa eum querere dicitur quæ noscitur stultijs adherere, fornicari, ludere, & sensualitatis placita admittere. Veruntamen ne maturitas tua planè videatur austerior, subridere aliquoties, vultusq; prætere hilaritatem nonnunquā solito iucūdiorem, nec nephas est nec inconsultū. Cachinnus tamē nūquam admittatur, quod is maximè seruū Dei dehonestet, et Domini gloriam minuat, & simul proximum offendat. Hinc sapiens, Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autē sapiens vix tacitè ridebit. Hinc etiam Seneca, Reprehensibilis inquit est risus, si est immoderatus, si pueriliter effusus, si muliebriter factus. Sed & odibilem reddit hominem risus ipse, ita vt iudicetur

Cāt. 3. 20.

Ibidē. 2. d.

Eccle. 21. 6.

Seneca.

DE PROBITATE

cetur homo aut superbus, aut malignus, aut  
furtiuus, aut malis alienis excitatus. Ritus  
ergo sit non scurrilis, sed grata quædam vr  
banitas.

De vitanda nimia familiaritate. Cap. 24.

Hoc caput  
non parum  
discrepat a.  
teuthonico

Gal. 2. b.

**P**ræcipuè tamē cauenda est frequēs illa  
arrisio huic vel illi peculiariter exhibita  
Habet enim quoddā malū speciale, spi-  
ritualisq; præfectus impedimentū. Ad  
quid enim leuitas assumitur, nisi vt homini-  
bus placeatur. Quo cōtra Paulus. Si inquit,  
adhuc hominibus placerē, christi seruus non  
essem. O quā magna perdimus sæpe vt ho-  
minibus placeamus. O quam care nobis fre-  
quenter mortalium stulta, & vana constat  
amicitia. Quā fallax, quam fugax, quā insta-  
bilis: nimirum vento ipso leuior est: & no-  
uissima eius plerūq; turbatio tentatio & af-  
flictio. O quisquis Deo placere cupis no-  
stris acquiesce consilijs, vt nullius cupias a-  
micitiam præ alijs singularem. Neq; enim  
rectum esse potest quod à virtutis deuiat  
medio. Necesse est vt quem plus minusue  
alio diligis, plus minusue quam debeas ei  
facias. A tuo caue recedas exemplari, si à  
Deo vis probari. Vt Christus æque dile-  
xit omneis, nec pro istis magis minusue  
mortuus est quā illis ita omneis cū Christo  
vnanimiter

vnanimiter amplexare, si vis secundū Spiri-  
tum & non secundum carnē ambulare. Sin-  
gularitas dilectionis, est principium carnali-  
tatis, fomentum vanitatis, inimica deuotio-  
nis, initium ad ægyptum regressionis, sub-  
uertrix religionis. Nihil est in pijs exercitijs,  
quod non per hanc periclitetur aut subuer-  
tatur, siue silentium, siue solitudo, siue quid  
aliud sit ad bonam pertinens disciplinā. Vi-  
detur esse charitas, quæ Deus est, sed est ea  
quæ à diabolo est: ideo & iuniores & cæci  
seniores non id aduertentes in malum pro-  
ruunt, vnde non sine grauissimis (nisi fortè  
specialiter à Deo visitati) aculeis & tētatio-  
nibus extricare sese queunt. Vnde iuniori-  
bus tanto magis cauendum est ne in huius-  
modi amicitiam incidant, quanto eis est fa-  
cilis & expeditius propter nouum feruo-  
rem alios ad hanc excitare: præterea ne vel  
eam expetant, vel aliquid subesse mali suspī-  
centur, si non id quod consuetum est exhi-  
beatur. Nam quum ex affectu procedat sen-  
sualitatis amor ille, irrationabilis est vio-  
lentus seruilis & cæcus. Qui ipsum habet te-  
netur alteri ad nutum obedire, quando illi  
placet ridere, quando non placet sustinere,  
tentari & turbari. Quicquid enim inconsue-  
tū est, inquietudinis materiā præstat. Quod  
ab ipso

ab ipso

## DE PROBITATE

ab ipso petes, id à te petet, siue id libeat, siue non: siue id liceat, siue non: tã in choro, quam in conuentu: atq; hinc contingit multos scandalizari: quia quicquid contra communitatem agitur, communitatem offedit. Præterea quicquid alter eorum negat, cogitur negare & alter, quicquid affirmat, cogitur & ille affirmare, multa simulare, sæpe dissimulare, sæpe adulari. Vix cuiquã potest (quia amor ille pene carnalis est & zelorum) pace alterius loqui. Et vis dicã omnia, miser est & miserabilis in anima & spiritu, nec verus religiosus, nec vnquã ferè quietus. Infringit professionem, quia nõ omnia relinquit quum proprium sectetur amorẽ. Vnde nec diuino promisso ditabitur centuplum accipiendo, eo quod humanas querat consolationes & per hoc diuinis reddatur indignus. Idcirco qui vult verus esse religiosus discat omnia propter Christũ velut stercorea reputare, & qui Christi vult amicus fieri nihili faciat se ab alijs plus aut minus cæteris diligi, nec cuius cupiat familiaris esse qui non spiritu omneis nouit in Christo diligere. Nullum tamen quantum in se est patiarur vel à se scandalizari vel quouis modo contemni sed omneis amore in Christo complectatur, ab eis spiritu quãtum honor  
Dei

Dei admittit cupiens amari, omnem offensionis lapidem infirmo fratri tollendo. Hic ergo Senecæ sequere sententiam ita iubentis. Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Omneis quoq; tibi pacis æstima: sic nec inferiores superbiendo contemnes, nec superiores rectè viuendo timebis. Plurimum autem refert quomodo te omnibus præbeas, & præcipuè inferioribus. Nam dū quisq; ferè erga illos affectus suos liberius ostendit, qualis ipse sit maximè innotescit. Si autè omneis te superiores opinatus fueris, facile te erga omneis debite geres. Hæc præcipuè dicta sunt religiosis, qui si sibi suos amicos in via Dei nocuos deprehenderint sibi adscribant. Cæterum (quod prætermissum non oportuit) ne phas non est, imo necesse est nunquam peculiareis aliquos habere à quibus pietatem discas, à quibus consilium petas, quibus cum tempore & loco opportuno conferas, sed eos expedit esse & perpaucos, & non nisi tales qui Deum timeant, & ex quorū familiaritate nullius mali alicui præbeatur occasio. Ut enim vnum aut alterum quempiam nobis necessarium possimus parare amicū, qui nos nouerit ad Christum ducere, non immerito quiuis alius est piè negligendus ne dicā

A a contēendus

Seneca.

## DE PROBITATE

contemnendus, qui ad id præstādum est nobis inutilis.

Quā laudabilis & necessaria cuiq; sit erubescētia. Ca. 251

**Q**Uum omnibus in Christo paruulis maximè conueniat humilitas & uerecundia, peculiariter tamen eos hæ decent virtutes qui iam post fornicationem spiritualem cum amatoribus multis tã mūdi uidelicet quam carnis ad uerum animæ suæ sponsum reuertuntur, tanquam erraticæ oues ad uerum pastorem & episcopum animarum suarū: maximè quum in alijs quibusuis error ipse & defectio ad mentem sanam reuertentibus singularem pudorē generare soleat. Quæ enim mulier tam effrōs quæ non rubore suffundatur (nisi fortè frōs meretricis iam ei facta sit) post carnis iacturam passam & uirginitatis amissum decus, aut post uiri legitimi maculatum thorum. Atqui non minus imo longè maius est dedecus nuptæ spirituali coram spirituali sponso & cælesti, quæ mundi sunt, sectatū esse, carnis uoluptatibus satisfecisse & prauæ sensuum libidini deseruisse, passionunque impetus non refrenasse: quū hæc sint quæ illi longè magis displiceant, quā carnis sola incontinentia: & quæ sponsam alioqui castissimam ei odiosissimā reddāt, nec minus abominandam

abominādam quam mulier postquā alieno  
 adhæsit fiat viro proprio, ita vt eius ample  
 xus iam abhorreat. Quotusquisq; aut est qui  
 non aliquando insaniuit libidine horū? qui  
 non oblitus Christi, affectibus suis magis (in  
 seculo præcipue) seruiuit, quam ipsius. No  
 li quæso parui ducere mundo deseruisse, dia  
 boli instinctibus prauis nō renunciaſſe in se  
 culo, quū hoc ipsum nemo non teneatur fa  
 cere, & te in baptismo Christi promiseris  
 facturū. Neq; enim illi religiosi per votum  
 seu cucullū erant quibus dicitur: Induimini  
 Dominū Iesum Ch. & carnis curā ne fece- Ro. 13. d.  
 ritis in desiderijs. Et Si cōsurrexistis cū Chri- Col. 3. 20  
 sto quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est  
 in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sa  
 pite non quæ super terrā: Et similiter illud, Gal. 5. c.  
 Spiritu ambulate & desideria carnis nō per  
 ficietis. In mundo erant quibus hæc dicebā-  
 tur. Vnde & tu non sine rubore illa acūtat a  
 esse debes reuoluere, sollicitus hoc ipsum tā  
 to perfectius perficere, quāto rardius erro-  
 rē tuū agnoscis: tātoq; profūdius humiliari  
 & spiritualiter erubescere ex intimis, quāto  
 illis feruētius adhæſisti, interim omnino stu  
 dēdo ea refarcire pijs conatibus. Nā vt dicit  
 Bern. Nec sterilis verecūdia Deo grata est,  
 nec humilitas præter veritatem laudabilis. Bernar.

A a ij

Alioqui



DE PROBITATE

Ambro.

Greg.

Can. r. c.

Can. 4. a.

Richar.

Alioqui ipsa certè est maxime virtutis ipso teste Ambrosio, qui ait. Citius solet mereri indulgentiam qui verecundus depræcatur. Unde etiam Gregorius. Boni eò magis ignescunt ad desiderium requirendæ pietatis, quo magis erubescunt memoria suæ iniquitatis. Quisquis ergo deformatus es per culpam, per hanc virtutem laborare debes vt peruenias ad indulgentiam, vt & de te sponso tuo liceat canere, complacensq; in te id sentire quod ait. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: & item illud, Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet. Neminem fugit in genis ruborem situm, turturemq; castitatis amicum animal solitudine gaudens & gemitū pro cantu edens poenitentium mundoq; se abdicantium figuram gerere, quibus iam non libet sicut nec licet seculare aliquid cogitare, aut aliquid mundani delectamēti appetere: sed magis totos se lamentis tradunt magno cū intimæ mentis rubore, super insania sua qua Dominum maiestatis sponsum suū graui ignominia affectum. despexit atq; offendit violatis ipsius præceptis. Cum rubore dico qualem figuram habet malū punici, quod rubrum est foris, cædidum vero intus, (vt testis est insignis ille doctor Richardus) cuiusmodi

cuiusmodi sunt qui intime se humiliantes cum rubore se Deo cōmendant. Nam hi rubri sunt per ruborem, candent vero per cōpunctionis gratiam qua suas animas expurgant indiesq; cādidiores reddunt. Quis autē explicet quam Dominus, sponsus per omnia delectabilis de huiusmodi sibi spōsa gratuletur, quam libens eam intueatur, quam capiatur miro quodam modo illius pulchritudine? Placet certē placet deuotæ animæ demissus per verecundiā vultus: placent depressi oculi, & intantum placent, vt rubiginis peccati planē obliuiscatur: nec aliquorum iam excessuum recordetur. Hunc autē pudorem quū præcipue apud Deum tum apud proximos tenere nos decet, vbiq; nos metipsos erubescens (quasi alij puri & mūdi essent) de nostra immunditia & foetore spiritus & multiplicibus imperfectionibus. Vnde quādo cōuenienter potes, aliorū nō sine necessitate te cōmisceas congregtioni, ne illud de te dicatur, q̄ facies sacerdotū seu Tre. 4. c. senū non erubueris: per quos intellige spiri- lefa. 2. c. tualeis omneis præter te. Vnde per Esaiā dicitur. Ingredere in petrā: & abscondere in fossa humo. Quanquā autem hæc ipsa virtus deceat pariter omnes quippe quæ hominē non solum Deo verū etiā hominibus

A a iij amabilem

DE PROBITATE

Berna. in  
Cāt. ser. vlt

amabilem & gratum reddat: præcipue ta-  
men decet & honestat iuuenes, vt pulchrè  
docet beatus Bernardus in hæc scribens ver-  
ba. Nunc aduerte sponsæ verecundiam,  
qua nescio an quicquam gratius aduerti in  
moribus hominum queat. Hanc primo om-  
nium libet quodammodo in manibus su-  
mere, & quasi speciosum quendam flo-  
rem decerpere loco, nostrisque apponere  
adolescentibus. Non quia non sit & in pro-  
uectiori ætate omni studio retinenda, quæ  
est certè omnium ornatus & tatum, sed quod  
teneræ, gratia verecundiæ in teneriori æta-  
te amplius pulchriusque eniteat. Quid  
amabilius verecundo adolescente? Quam  
pulchra hæc & quam splendida gemma  
morum in vita & vultu adolescentis. Quæ  
vera & minime dubia bonæ nuncia spei,  
bonæ indolis index: etcætera.

Iere. 4. d.  
Ezec. 36. g.

Egerrime autem fert Dominus, si quis non  
de peccatis erubescat. Vnde per Ieremiam  
dicit. Confusione non sunt confusi & eru-  
bescere nescierunt. Hinc dicit & per Eze-  
chielem. Confundimini & erubescite su-  
per vñs vestris domus Israel. Et rursus per  
eundem In quo inquit mundabo cor tuum  
ait Dominus deus quum facias omnia o-  
pera meretricis & procacis. Quid autem tā  
singulare

ſingulare meretricibus quam inuerecun-  
 dia? Quæ ſanè ſicut in peccatis eſt res tur-  
 piſſima, ita è contrario verecundia & pu-  
 dor conditio eſt peccatoris longè honeſtiſſi-  
 ma vtiliſſimaq;. Vnde vt illæ illam & mo-  
 ribus & geſtibus declarant inducunt & lo-  
 quuntur, ita ex aduerſo hæc quilibet ſe Deo  
 offerens in omni actione loquutione mori-  
 bus oſtendere debet, iuxta id quod ait Am-  
 broſius, Eſt etiam in ipſo motu geſtu & in-  
 ceſſu tenenda verecundia. Habitus enim mē-  
 tis in ſtatu corporis cernitur. Hæc autē ideo  
 quam ſtudioſiſſime eſt tenenda, quod tan-  
 quam custodia habeatur & tanquam magi-  
 ſtra & ductrix ſit diſciplinæ regularis, & ea  
 ſtimoniæ ſpiritualis: qua ſi quis careat, non  
 mirum quod tanquam equus ſine freno di-  
 uagetur, & in meretricum impudentiam  
 cadat, faciens in conuentu fratrum ſepius  
 aut apud pios tam impudenter pudenda,  
 vt ea cernens pudore ſæpe afficiatur il-  
 lius cauſa, attendendo ex compaſſionis  
 affectu illius cæcitatem. Huius autem ve-  
 recundiæ encomium pulchrè deſcribit be-  
 atus Bernadus ita inquiring. Verecundia  
 eſt expunctrix malorum, propugnatrix  
 puritatis innatæ, ſpecialis gloria con-  
 ſcientiæ,

Ambro.

Ber. ſer.  
in Cāt. vlti.

A a iij ſcientiæ,

DE PROBITATE

conscientiæ, famæ custos, vitæ decus, virtu-  
tis sedes, virtutum primitiæ, naturæ laus, &  
insigne totius honesti & cæ.

Quantum se quisq; humiliare debeat tam coram  
hominibus, quam coram Deo.

CAPV Γ. 26.

**E**X hoc verecūdię dono nascitur & alia  
quædã insignis virtus, videlicet sui hu-  
miliatio: quem quantũ quemlibet recẽs  
conuersum deceat, non est difficile col-  
ligere. Nam quum is intus squalidus sit &  
deformis, decet vt in omnibus actibus ac  
moribus vilem se despectum & contempti-  
bilẽ exhibeat, quo vel sic citius Dominum  
ad se inuitet, qui fastidit omnem arrogantẽ  
& superbum, & intantum complectitur hu-  
mileis vt eos etiam qui solo habitu & gestu  
humilitatis edũt formã ( etiamsi fortẽ cor-  
nequaquam ita profundẽ humiliatũ sit ) nõ  
cesset misericorditer respicere aut iram cõ-  
ceptã ob id relaxare. Quod patet in Achab  
peffimo israhelitarum rege, cui Dominus  
pro quod sese humiliasset cilicio carnem suã  
operiens, ieiunans in sacco dormiens, & de-  
missio capite ambulãs, comminationem ab  
Elia illi significatam commutauit. Vnde eti-  
am per Ieremiã prophetã omnibus peniten-  
tibus ita dicitur, Humiliamini sedete in ter-  
ra. Vt

3. Re. 21. g.

Iere. 3. c.

ra. Vt quid enim non se huiusmodi humilia-  
 rent coram alijs qui in conspectu Domini  
 tam sunt viles & abiecti, mancipijs ipsis si-  
 miles, quibus dicitur, sede super scabellum  
 pedum meorū, alijs vt filijs regi ipsi adstē-  
 tibus, iuxta illud, Adstitit regina à dextris  
 tuis in vestitu deaurato, fulgidę scilicet cha Psal. 44.  
 ritatis, quā perdiderunt illi peccando. Qua-  
 re non iniuria illi cum publicano indignos Luc. 12. c3  
 se cœlos respicere iudicare debent qui cœ-  
 lo presidentem contempserūt. Legimus in  
 scripturis sacris quomodo nōnulli pro alijs  
 Dominum depræcantes sese etiam pro illis  
 apud Dominum humiliarint ac deiecerint,  
 vt patet de Esdra qui Deū pro populo de- 1. Efd. 9. a. b  
 præcans aiebat. Deus meus confundor &  
 erubesco leuare faciem meā ad te, quomo-  
 do iniquitates nostrę multiplicatę sunt su-  
 per caput nostrum & cę. Si ergo ille pro  
 aliorum peccatis ita se, humiliavit mærens  
 ac tristis, quid ni idem ageret quisq; pro suis  
 Huius autem humiliationis virtutem opti-  
 mē intelligebat & aduertebat propheta Da-  
 uid quum à Semei malediceretur & lapidi-  
 bus impeteretur propter peccata sua se hu-  
 milians, nec aliquem de illo vltionem sume-  
 re permittens. Dimitte enim aiebat eum vt 2. Re. 16. b,  
 maledicat. Dominus enim præcepit ei vt  
 malediceret

DE PROBITATE

malediceret David. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit. Et rursū. Dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini, si fortè respiciat afflictionem meam & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. Hoc nos omneis imitari conuenit, vt suum singuli imperfectum & vilitatem attendentes, se omni irrisione & contemptu dignos arbitrentur, cogitādo quod re vera nihil aliud commeruerint: & in humilitate sua (vt Ecclesiasticus admonet) patientiā habendo. Decet enim vt qui in Deum peccando se supra se extulit, poenitendo quemuis etiam inferiorem supra se efferri libenter ferat: & vt suam agnoscens impietatem omni ab omnibus creaturis cōtemptu vilipensione & irrisione se iudicet dignum, nihil interim cogitans se quippiā per hoc sibi præmiū parare, sed id iure sui deberi peccatis pro quibus ita necesse est satisfacere. Vnde vir quidam insigni clarus pietate frater Aegidius vnus inter primos beati Francisci discipulus, talem hac de re protulit sententiam dicens. Si cognoscis te offendisse creatorem tuum & omniū, cognosce quia dignum est vt omnia te persequantur & vindicent iniuriam quam fecisti Deo tuo. Ab omnibus creaturis debes patienter sustinere

Eccle. 3. a:

Cap. de ver  
au. fratres.  
Aegi. huc  
spectante.

sustinere molestias tibi factas, quia cōtra ali-  
 quam non habes iustitiam, quum sis dignus  
 puniri ab omnibus. Debet itaq; peccator ve-  
 re pœnitēs infracto animo perferre omnia  
 mala sibi illata siue ab hominibus, siue alijs  
 quibusuis creaturis vt vere à se commerita.  
 Cæterum quantæ sit virtutis huiusmodi hu-  
 miliatio patet in filijs Iuda: qui ad increpa-  
 tionem Semeiæ prophetæ iustum Dominū 2. PAR. 12. 6.  
 confitentes seseq; humiliantes Dominū mo-  
 uerūt ne faceret quod fuerat comminatus.  
 Quia enim humiliati sunt inquit nō disper-  
 dam eos, daboq; eis paxillum auxiliij & nō  
 stillabit furor meus super Ierusalem per ma-  
 num Sefac. O misericordia ineffabilis, vt ci-  
 to parua humiliatione placaris, postquā tā  
 multiplicibus es irritata peccatis. Hinc non  
 immerito David ait. Cor contritū & humili PSA. 50.  
 liatum Deus nō despicias Et Ecclesiasticus, ECCLE. 1. 8.  
 Humiliare inquit Deo, & expecta manus  
 eius Hæc breuiter de effectibus & dignita-  
 te humilitatis dicta sint quæ tūc sincera &  
 vera censenda est, quando quis seipsum  
 non alium nec meliorem haberi cupit fo-  
 ris apud homines, quam seipsum intus ag-  
 noscit apud Deum: quando vt semet con-  
 temnit, ita ab alijs se contemni equanimiter  
 tollerat: nec aliū se apud videri cupit quam  
 reuera



DE PROBITATE  
reuera sit: imo occultare potius studet, si  
quid habet vnde honorari possit.

PREGATIO.

**P**otentissime Deus & iustissime index, qui quā  
sis immense potentia Dominus, nunquam tamē  
sic alicui hominum te quamuis immaniter of-  
fendenti indignaris, quin ipsum humili pectore  
ad te recurrentem pie misereris ac recipias: cui etiā  
nullus omnino tantum potest displicere, qui non per  
salutarem sui humiliationem rursus tibi possit pla-  
cere: obsecro mi Deus, eam meo pectore insere humi-  
litate, qua non modo totus mihi ipse intus displi-  
ceam, uerum etiam id ipsum externo apparatu  
palam declarem: atq; adeo etiam quam omni-  
um mortalium me reputem abiectissimum,  
qui alioqui male sanus nemi-  
nem me agnosco meliorem.

Hanc penitus animi mei  
in sculpe penetrali-  
bus, sic ut uel ab  
iectissimas  
quasq; operas libens & alacris subeam,  
ac per hoc superbiam omnem  
salubriter retundam.